



IHS

Archivo de Loyola

Sección 5.^a Serie 2.^a N.º 53.

Est. 53.

Plut. 2.



SANNA
ZAREL
POHAT



I. H. S.

A. Syneri Sannazarii Neapolitani
Episcula elegantissima.

Año 1521.

(Archiepo de Loyola).



A. SYNCERI SANNA

Zarj Viri Patricij opus
cula elegantissima
ac legētibus uti
lissima. Qui
bus addi
ti sunt

libri duo de gestis Apostolo
rū/ nentra in parte in
feriores, Aratoris
presbyteri

CARDINALIS

sua leas
nostra com
in sede in una
ores futu
b ano





CDILECTO FILIO ACTIO

Syncero SANNAZARIO.

CLEO PAPA. X.



Dilecte fili salutē & Apostolicā benedictionē. Cū forte de claris ingenij etatis nr̄e apud nos uerba fierēt, affuere q̄ cū te, tū opus tuū de parui Virginis diuinis propē laudib⁹ cū admiratione attollerēt, atq; prædicarēt. Quæ res expectata qdē diu nobis (nihil enim nō excultū, nō elaboratū, non singulari tuo ingenio dignū proficisci à te posse arbitramur) ue. ū eo nunc carior & iucundior uisa est, tum qd̄ quæ futura expectabamus, accepimus iam facta esse, & quæ superent omnē expectationē, tum qd̄ & si nullo nō tempore fuissent acceptissima, hac præcipue tēpestate erūt lōge gratiora. Qua quidē, quo doctiores uideantur, Ecclesiā stilo inuariant, qui exactissima eruditione cōmendent, nō r. dici nō potest, cum hæc audiremus, quā tatis acceperimus, & cū ipsi legemus, accepimus, quod psuasi sim⁹, diuina factū prouidēte diuina sponsa toti impijs oppugnatoribus, laceratoribusq; laceſſita talē, tā tumq; nacta sit propugnatorē, & cū illi impia facundia abusi frangant in rem

factā genuinum, tu unus opus edideris, quo rem sacram omnibus (ut dici solet) neruis atollendam, excolendamq; procuraueris sancto Consilio, euentu feliciorē, cū dicitent, qui legere, si rem queram⁹, nihil nisi Christi, atq; eius Sponsam sonare, si pietatē, uindiq; religionis enitere studium, si iudiciū nihil unguesignandum relinquere, si figuras artūq; conatus, ueterum uatum nulli cedere, multos anteire. gratulamur itaq; tibi, quod tantum unus præstes, quantum antea nemo, Ecclesiæ, quod cum uexetur lancineturq; ab alijs, à te uno in cœlum efferatur, nostro seculo, quod fiet tui carminis luce celeberrimum, nobis deniq; ipsis, quibus imminente hinc Goliade armato, hinc Saule à furijs agitato, affuerit pius David illum fundatē temeritate, hunc lra à furore compeſcens. Hortamur itaq; te, iam opus edas, ut qui dolent, cū illa legunt, quæ aduersus pietatem uenena fidei Christiani euomere, ad tua cōferant se se, quæ ueluti præsens antidotum sunt opposituri. Tu ita tibi persuadeas uolumus, nos te & tua omnia perinde ac nostra complexuros esse, nec nos, nec hanc sanctam sedem unquam tui uel affectus uel operæ immemores futuros. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris. Die. VI. Augusti. M. D. XXI. Pontificatus nostri Anno. IX.



**ADILECTO FILIO ACTIO SYN
CERO CLEMENS PAPA VII.**



Ilecte fili Salutē & Apostolicā bene
 dictionē. Accepim⁹ librū gratissimo
 munere, quem tu ad nos de Dei, & do
 mini nostri Iesu Christi reb⁹ scriptū
 misisti, cuius argumentū præclarū,
 atq; nobile cū in te parē ostendat animi pietatem, atq;
 ingenij gloriā, sitq; in eo nomen quoq; nostrū ad me
 moriā eorū qui lecturi sunt, qui quidē immutabiles
 futuri sunt in longa posteritate, immortalitati quasi
 cōmendatū, muneris tui magnitudinē hoc magis sen
 timus, qd̄ quomodo parē referam⁹ gratiā, habere nos
 nō arbitrāmur. Si enim immortalitas optata, & gra
 ta est omnib⁹, qui præsertim animo uegetiore atq; ere
 ctiore sint, p̄ magnæ sunt illi⁹ partes nobis à te tribu
 tæ. Quāquā enim ea est appetēda maxime, illiq; elabo
 radū præcipue, quæ post discessum ex hac uita, in illa
 altera uita felici & sempiterna nos cū Deo ipso collo
 cat: tamen ne hæc quidē nō libetē adfiscōda, quæ pro
 ducit ad posteros n̄i nominis p̄petuitatē. pro qua, q
 illā cœlestē & diuinā immortalitatē nō planē cognō
 uerūt, maximis sepe tamē cōtentionib⁹, & acerbissi
 mis discrimib⁹ uitā, & caput suū obicere, qd̄ profe

eto nō fecissent, nisi à natura ipsa admoniti, summū
 quoddā bonū existere cōiectati fuissent, cui⁹ in imagi
 ne, & simulacro tam multas ptes experirētur esse de
 lectationis, & gloriæ. Est enim profecto hæc famæ &
 laudis ad cōmemorationē hoium celebritas, imago il
 li⁹ ueræ immortalitatis, q̄ eximio dono omnipotētis
 Dei, uni christiano generi, p̄ dñm n̄m Iesum Chri
 stū proposita est, ad quā potissimū aspirare debem⁹,
 hāc uero ita charā, iucūdāq; ducere, si proborū &
 prudētū testimonio nobis deferatur, qd̄ quidē in te no
 bis egregie cōtingit. Non enim ingenio solū tuo hono
 rati, illustratq; sumus, sed (qd̄ nobis etiā grati⁹ est)
 iudicio comprobati, & si enim ingenij gloria cōcedis
 nemini, uel omnib⁹ poti⁹ præstas, qui in hoc scribēdi
 genere cū laude uersati sunt, tamē cū ipso scriptiois
 argumētō ostēdas, quā sis pietate, sapiētia, religione
 præditus, iucūdius etiā accepim⁹ testimonū optimi,
 & religiosissimi uiri, quā studiū doctissimi. Qua
 propter maxime uirtute tu quidē, id enim es cōsecutus,
 quo nullū mai⁹ homini bonū in hac uita existere pos
 se uideatur. maximorū enim donorū, qb⁹ te affecerat
 De⁹ gratia illi (quoad mortali homini licuit) relata,
 illud iam summū, & incōparabile ueræ immortali
 tatis donū es promerit⁹, cui deinde iā gratia nulla esse
 par potest. q̄ talētū acceptū multiplicatis mercedib⁹,

eidē dño redidisti à quo acceperas. Ex quo cū fructū
quocq; nō mediocrē tui libri dicatione, ad noīs nrī lau
de, ac memoriā redū dare uolueris, tā tā tibi habemus
gratiā, quātā capere grati, s̄ memoriis Pōtificis tāto
deuincta officio mens potest, sicut s̄ re ipsa tibi ostē
dere parati sum⁹, & ut experiare etiā adhortamur.
Datū Romæ apud s̄c̄lū Petrū sub annulo Piscatoris.
Dic. V. Augusti. M. D. XXVII. Pōtificat⁹ nrī āno. I I.

¶ Aegidi⁹ tituli. S. Matthæi. S. R. Eccle. Presby
ter Cardinalis. Aethio Syncero Sannazario. S.

Diuinū de Partu Vir ginis poema mihi tuo noie
redditū cū legissem, uelut adtonitus ac lucis
impaties, statim ad te nescio qd, sed q̄le ab ijs, q̄ lolio
(ut aiunt) uicē hāt, profici sci potest. Neq; enim de eo
posse arbitror quenq; iudicare, præter eū, q̄ ad cruditio
nē tuā proxime adcedat, quiq; (qd fieri uix posset) tui
sit q̄ maxime similis. Verū cū absurda qdā s̄ ἀμους
σα scripserim, meā tamen līre (quæ tua est humani
tas) undiq; expetite, lecte, exscripte istic à plerisq;
omnib⁹ sunt. Cumq; (ut audiebā) earū līrarū excēplū
in tuorū serē oium ciuū manib⁹ esset, ecce à te mihi
līre reddūtur, demissa cælo Ancylia mihi uisa sunt,
nullū enim ornādi mei locū prætermittis. Nam dum
mea probas, Neapoli cū admiratione legor, s̄ itē Ro
mæ, dñs rescribis, quo munere beasti me Syncere, dijs

hominibusq; inuidētib⁹. Sed ut ad poema redeā, diuī
na qdē illa omnia, uerū hacten⁹ ita omni ornatu caris
erūt, ut humanis inferiora, nūc à te ita omniū musas
rū munerib⁹ excultas, ut diuinis (si dicere fas sit) uel
potiora esse uideātur. Nā cū à præscripta linea digre
deris uelut liberū dicēdi genus naclus ita ingenij uī
res explicas, ut antiquorū nemini sit tibi cōcedendū.
rursus cū ea narras, unde ne trāsuersum qdē unguē,
qd̄ aiūt, quæq; maiores nostri d̄ uinarū rerū scripto
res Latinis literis ornari haud posse arbitrābatur, ita
oratione illustras, ut oium argumēta, cū Græcorū,
tum Latinorū poetarū, longo post se interuallo relin
quāt. Quid enim immortalis De⁹ (ut ordiar ab initio)
inuocatione elegāt⁹? qd̄ cōceptu alti⁹? qd̄ cælo, ter
ra, inferis rei nouitate obstupescētib⁹ mirabilib⁹? qd̄ la
to Simeone iucūdi⁹? qd̄ infantū intermitione senius⁹?
qd̄ deo moriente horribilib⁹? qd̄ ab Orco redeūte gra
tius? qd̄ spolia referēte beati⁹? qd̄ agēte in cœlū triū
pho te canēte scelic⁹? Adde alteri⁹ libri Musas certat
tim diuina carmina modulātes, adde picēlū Orbē, ad
de specū. De partu uero qd̄ ipse loquar? cū ea de re
deniceps uel tacēdū, uel tuis dñtaxat uerbis loquēdū
sit. Prætereo qua oratione Heros ille tu⁹ e somno exci
tus, diuinaq; adflat⁹ aura Deū natū adoret. Nec refe
ram ē tertio illustrata puerperia, nō diuorū cātus, nō



carmina, nō pastorū uaticinia, nō felicitū flunij oracula, nō urnā, nō colūbe alas argēteas, nō deniq; Proci uatis miracula recensebo, Non si mihi ferrca centū. Ora sonent, totidemq; arato ē gutture lingue Carminis Aethiaci laudes percurrere possem.

Verū cū tu solū pietate, non humanarū laudū cupiditate accensus, tantū studij, laboris, diligentie ad scribendū cōtuleris, ea tibi summa laus cēseatur, quae uno oīum ore predicabitur, tantū esse laudū tuarū cumulū, ut ne ipsi qdem eloquētie, qua mirabiliter excellis, locus ad te laudādū relinquantur. Nā de laboris premio, ad nos id est mortales, nihil adtinet cogitare. Quid enim tibi tribuere homines possent, & si omnia simul con gesserint, quo tuū meritum explectur? De9 ille De9, cuius mimine adflatus, tam doctū, tam sanctū, tā piū carmē cecimisti, te digno munere remunerabitur. Nō qdē Elysiorū aut piorū cāpis, insulisiue fortunatorū, quas Lino, Orpheo, Museo, caeterisq; deorū filijs sedes antiquitas falso statuit, sed caelo, digna quidem tantarū uigiliarū mercede. Reliquū est, ut tibi gratias agam quod Augustini personā insensueris, quae reliquis tam apte, tātāq; harmonia cohaeret, quanta Philosophi aiunt in caelo sydera. proinde recte ad te pertinet Homericum illud.

Ο δ' ἄλβιος ἔντινα μοῦσαι φίλωνται
Γλυκερῆ οἱ ἐπὶ σώματος ῥέει αὐδῆ.

ACTII SYNCERI SANNAZARII NEAPOLITANI, VIRI PATRICII DE PARTU VIRGINIS.

CLIBER PRIMVS.



Irginei partus ^{quidē} magnos, ^{aeque} equos ^{ignat} uia parenti ^{asupadce} Progenies, superas caeli quae missa per auras Antiquam ^{de hinc} generis labem ^{dependo} mors ^{de hinc} talibus ^{de hinc} egris ^{de hinc} Abluit, ^{de hinc} obstructiq; uiam ^{de hinc} patefecit ^{de hinc} olympi, ^{de hinc} Sit mibi Coelicolae primus labor, hoc mibi primū ^{de hinc} Surgat opus. Vos auditas ab ^{de hinc} origine ^{de hinc} causas, ^{de hinc} Et tanti ^{de hinc} seriem ^{de hinc} (si fas) ^{de hinc} euoluite ^{de hinc} facti. ^{de hinc} Nec minus o Muse uatum decus, ^{de hinc} hic ego uestros ^{de hinc} Optarim fonteis, uestras ^{de hinc} nemora ^{de hinc} ardua ^{de hinc} rupes, ^{de hinc} Quandoquidem ^{de hinc} genus ^{de hinc} e caelo ^{de hinc} deducitis, ^{de hinc} & uos ^{de hinc} Virginitas, ^{de hinc} sanctaeq; ^{de hinc} iuuat ^{de hinc} reuerentia ^{de hinc} fame. ^{de hinc} Vos igitur, seu cura poli, seu uirginis huius ^{de hinc} Tāgit honos, ^{de hinc} monstrate ^{de hinc} uiam, ^{de hinc} qua ^{de hinc} nubila ^{de hinc} uincdm;

A

DE PARTU VIRG.

Et mecum immensi portas recludite coeli. *abre*
 Magna quidem, magna Aonides, sed debita posco, *v. adomundo*
 Nec vobis ignota, etenim potuistis & antrum *amela r. neba*
 Aspicere, & choreas, nec vos orientia coelo
 Signa, nec Eoos Reges latuisse putandum est.
 Tuq; adeo spes fida hominum, spes fida deorum
 Alma parens, quam mille acies, quaeq; etheris alti
 Militia est, totidem currus, tot signa, tubaeq;
 Tot litui comitantur, ouantq; agmina gyro *buacrum fo*
 Adglomerant, niucis tibi si solemnia templis
 Sertam damus, si manus aras tibi ponimus aras
 Exciso in scopulo, fluctus unde aurea canos
 Despiciens, celfo se culmine Mer gilline
 Ad tollit, nantisq; procul uenientibus offert. *obos de bermall*
 Si laudes de more tuas, si sacra, diemq; *os as fugas*
 Ac coetus late in ignes, ritusq; dicamus ofcenus
 Annua felicitis colimus dum gaudia partus, *celebrauus*
 Tu uatem ignarumq; uiae, insuetumq; labori *uao astm*
 Diua mone, & pauidis iam leta adlabere ceptis, *facos sas*
 Viderat aetherea superum regnator ab arce *ad 21*
 Vndiq; collectas uectari in tartara praedas, *ines ho bus*
 Tisiphonemq; imo conantem cuncta profundo
 Vertere, & immanes stimulantem ad dira sorores,

LIB. I.

Nec iam homini prodesse, alto quod semina coelo *in generatione*
 Duceret, aut uarios animum excoluisset ad usus, *in generatione*
 Tantum lethiferae poterant contagia culpa. *del peado*
 Tum pectus pater aeterno succensus amore *en andido*
 Sic seorum. Equis erit finis? tantisne parentum *de ipso pades*
 Priusca luent poenis seri commissa nepotes? *losuictos o generatione*
 Ut quos uicturos semper, superisq; crearam. *rebezeram*
 Pene pares, tristis patiar succumbere letho, *rebuam me etc.*
 Informesq; domos, obscuraq; regna subire?
 Non ita, sed diuum potius reuocentur ad oras *serant toru ad us*
 Ut decet, & manuum poseunt opera alta mearum
 Desertoq; foros, uacuq; sedilia coeli
 Actutum complere parent, legio unde nefandis *mal ditos*
 Acta odijs, trepidas ruit exturbata per auras. *despenadas*
 Cumq; caput fuerit, tantorumq; una malorum
 Foemina principium, lachrymasq; & funera terris
 Intulerit, nunc auxilium ferat ipsa, modumq;
 (Qua licet) afflictis imponat foemina rebus.
 Haec ait, & celerem stellata in ueste ministrum
 Qui caste diuina ferat mandata puellae
 Adloquitur, facie insignem, & fulgentibus alis.
 Te, quem certa uocant magnarum exordia rerum *buosp con ipon*
 Fide uigil, pars militiae fortissima nostrae,



DE PARTU VIRG.

Te decet ire, nouumq; in saecula iungere foedus,
Nūc animū huc aduertit, atq; haec sub pectore serua

Est urbes Phoenicum inter, lateq; fluentem
Iordanem, regio nostris sat cognita sacris,
Indeam appellant, armisq; & lege potentem.

Hic clavis exorta atavis, uatumq; ducumq;
Antiquum genus, & dignis licet aucta hymeneis,
Pectoris in laesum Virgo mihi casta pudorem

Seruat adhuc, nullos non seruatura per annos,
(Mirus amor) seniumq; sui uenerata maritica

Exiguus degit thalamis, & paupere tecto,
Digna polo regnare, altoq; effulgere diuum

Concilio, & nostros eternum habitare penates.

Hac mihi uirginibus iam pridem ex omnibus una
Delegi, prudensq; animo interiore locaui,

Vt foret, intacta sanctum quae numen in aluo
Conciperet, ferretq; pios sine semine partus.

Ergo age, nubiu agos mollire per aera gressus,
Deuenienq; locum castas haec iussus ad aures

Effare, & pulchris cunctantem hortatibus imple,
Quandoquidem genus e Stygijs mortale tenebris

Eripere est animus, seuosq; arcere labores.

Dixerat, ille altum Zephiris per inane uocatis

LIB. I.

Carpit iter, scindit nebulas, atq; aera tranat
Ima petens, pronusq; leues uix commouet alas.

Qualis, ubi ex alto notis, Meandria ripis
Prospexit uada, seu placida stagna ampla Caystri,

Præcipitem sese cadenti corpore cygnus
Mittit a gens, iamq; implumis, se gnisq; uidetur

Ipsæ sibi, donec tandem potiatu amatiss
Victor aquis, sic ille auras, nubesq; secabat.

Ast ubi palmiferæ tractu stetit altus Idumes:
Reginā haud humiles uoluentem pectore curas

Aspicit, atq; illi ueteres de more Sibylle
In manibus, tum si qua duo referanda nepotum

Fatidici casto cecinerunt pectore uates.
Ipsam autem securam animi, letamq; uideres

Authorem sperare suum, namq; ad fore tempus
Quo sacer æthereis delapsus spiritus astris

Incorrupta piæ compleret uiscera matris
Audierat, pro quanta alti reuerentia coeli

Vir gineo in uultu est, oculos deiecta modestos
Suspirat, matremq; Dei uenientis adorat,

Fœlicemq; illam, humana nec lege creatam
Sæpe uocat, nec dum ipsa suos iam sentit honores.

Cum subito ex alto iuuenis demissus olympo

DE PARTU VIRG.

est rubeis unicoloribus
 Purpureos retegit uultus, *est rubeis unicoloribus* numenq; professus *est rubeis unicoloribus*
 Incessuq; habituq; ingentes explicat alas,
 Ac tectis late *est rubeis unicoloribus* in iuctum diffundit odorem. *est rubeis unicoloribus*
 Mox prior hæc. Oculis salue lux debita nostris, *est rubeis unicoloribus*
 Iam pridem notum cælo iubar, optima Virgo,
 Cui se se tot dona, tot explicuere merenti *est rubeis unicoloribus*
 Diuitiæ superum; quicquid rectiq; probiq;
 Aeterna de mente fluit, purissima quicquid
 Ad terras summo ueniens sapientia cælo
 Fert secum, & *est rubeis unicoloribus* plenis exundans gratia riuus *est rubeis unicoloribus*
 Te genitor stabili firmam sibi lege sacrauit
 Perpetuos genitor cursus qui dirigit astris,
 Mansuramq; tuo fixit sub pectore sedem.
 Ideirco coetus inter ueneranda pudicos
 Vna es, quam latis cæli in regionibus olim
 Tot diuum celebrent uoces, pro gaudia terris
 Quanta dabis, quâtis hominum subcurrere notis
 Incipies Stupuit confestim exterrita Virgo,
 Demisitq; oculos, totoq; expalluit artus.
 Non secus, ac conchis si quando intenta legendis
 Seu Micene parua, scopulis seu forte Seriphi
 Nuda pedem Virgo, lætæ noua gloria matris,
 Veliferam aduertit uicinia ad littora puppim

Aduentare, timet, nec iam subducere uellem
 Audet, nec tuto ad socios se reddere cursu.
 Sed trepidans silet, obtutuq; immobilis hæret.
 Illa Arabum merces, & fortunata Canopi
 Dona ferens, nullis bellum mortalibus infert,
 Sed pelago innocuis circum nitet armamentis.
 Tum rutilus cæli alipotens, cui lactea sandi
 Copia, diuiniq; fluunt è pectore rores
 Ambrosiæ, quibus ille acres mulcere procellas
 Possit, & iratos pelago depellere uentos.
 Exue Dia metus animo, paritura uerendum
 Cœlitibus numen, sperataq; gaudia terris,
 Aeternamq; datura uenit per secula pacem.
 Hæc ego syderca missus tibi muntius arce
 Sublimis celeres uexit: quem penna per auras
 Vaticinor, non infidias, non neclere fraudes
 Edoctus, longe à nostris fraus exulat oris.
 Quippe tui magnum magna incrementa per orbem
 Ipsa olim partus Virgo, sobolisq; beatæ
 Adspicies. uincet proauos, proauitaq; longo
 Extendetiura imperio, populisq; uocatis
 Ad solium, lætæ in gentes moderabitur urbes,
 Nec sceptri iam finis erit, nec terminus æui.



DE PARTV VIRG.

Quin iustis paulatim animis pulcherrima surget
Religio, non monstra pijs, sed numina templis
Placabunt castæ diris sine cædibus aræ.

Dixerat, illa animum sedato pectore firmans
Substitit, et placido breuiter sic ore locuta est.

Conceptus ne mihi tandem, partusq; futuros
Sanctæ refers? me ne attactus perferre uiriles

Posse putas? cui uel nitenti matris ab alio

Protinus inconcussum, et ineluctabile uotum

Virginitas fuit una, nec est cur soluere amate

Iura pudicitie cupiam, aut hæc fœdera rumpam.

Immo istas (quod tu minime iam rere) per aures

Excipit interpres, fœcundam spiritus aluum

Influet, implebitq; potenti uiscera partu

Flammifero ueniens caelo, atq; micantibus astris.

At tu uirgineum mirata tumescere uentrem

Hærebis pauitans, demum formidine pulsa

Gaudia seruati capies inopina pudoris.

Nè ne hæc uana putes, dictis aut territa nostris

Indubites, seræ dudum concessa senectæ

Dona oculos pone ante tuos. nam sanguine auito

Iuncta tibi mulier (sterilis licet illa, grauiq;

Pressa æuo) haud quæ speratū hoc tēpore pignus

LIB. I.

Fert utero, et foelix sexto sub mense laborat.

Vsq; adeo magno nil non superabile caelo est.

His dictis, Regina oculos ad sydera tollens,

Cœlestumq; domos superas, atq; aurea tecla

Admuit, et tales emisit pectore uoces.

Iam iam uince fides, uince obsequiosa uoluntas,

En adsum, accipio uenerans tua iussa, tuumq;

Dulce sacrū pater omnipotēs, nec fallere uestrū est

Cœlicolæ. nosco crimes, nosco ora, manusq;

Verbaq; et aligerū cœli haud uariātis alumnū.

Tantum effata, repente noua micuisse penates

Luce uidet, nitor ecce domum compleat, ibi illa

Ardētum haud patiens radiorum, ignisq; corrusci

Extimuit magis, at uenter (mirabile dictū)

Non ignota cano) sine ui, sine labe pudoris

Arcano intumuit uerbo uigor actus ab alto

Irradians, Vigor omnipotēs, Virgo omnia cōplens

Descendit, Deus ille Deus, totosq; per artus

Dat sese, miscetq; utero. quo tacla repente

Viscera contremuere, filet natura, pauetq;

Adtonite similis, confusaq; turbine rerum

Insolito, occultas conatur querere causas.

Sed longe uires alias, maiorq; sentit



DE PARTV VIRG.

Numina succutitur tellus, leuunq; sereno
 Intonuit coelo rerum cui summa potestas
 Aduentum nati genitor testatus, ut omnes
 Audirent late populi, quos maximus ambit
 Oceanus, Tethysq; & raucifona Amphitrite.
 Hos inter medios caeli, terraeq; fragores
 Acquatis properans uolucer pulcherrimus alis
 (Omnia dum trepidant) discesserat, altaq; nabat
 Per loca, cum Virgo celsis in nubibus illum
 Alternantem humeros uidet, atq; immensa secantē
 Ventorum spatia, & iam uersicolore per auras
 Eulgentem pluma, ac coeli conuexa petentem.
 Quem demum tali adspectans sermone secuta est.
 Magne ales, celsi decus aetheris, inuia rerum
 Qui penetras, longaeq; & nubila linquis, & euros
 Anteuolans, leto seu te felicia tractu
 Sidera, quaeq; suos uoluuntur signa per orbis
 Expectant redeuntem, alti seu certa reposcit
 Crystalli domus, & uitrei plaga lucida regni,
 Seu propiora uocant supremo tecta tonanti,
 Qua patet in summum regio flammantis olympi,
 Teq; amor, & liquidis flagrans alit ignibus aura
 I precor, si nostrum testis defende pudorem.

LIB. I. 6

Nec plura his, tum uero aciem descecit, & omnes
 Haud mora, sollicito percurrit lumine montes,
 Agnatamq; animo, conceptaq; pignora uersat
 Multa putans, serumq; uteri miratur honorem.
 Interea manes descendit fama sub imos,
 Pallentesq; domos ueris rumoribus implet,
 Optatum aduentare diem, quo tristia linquant
 Tartara, & cuiuslibet fugiant Acheronta tenebris,
 Immanemq; ululatum, & non letabile murmur
 Tergemini canis, aduerso qui carceris antro
 Excubat insomnis semper, rictuq; trifauci
 Horrendum stimulante fame sub nocte profunda
 Personat, & morsu uenienteis adpetit umbras.
 Tum uero Heroes letati, animaeq; piorum
 Ad coelum erectas coeperunt tendere palmas.
 Atq; hic insignis funda, citharaq; decorus,
 Insignis sceptro senior per opaca locorum
 Dum graditur, neclitq; sacros diadmate crines,
 Dum legit effectos Lethaeo in gramine flores,
 Qua tacite labuntur aquae, mutaeq; uolucres
 Ducant per steriles aeterna silentia ramos,
 Adtonita subito concepit mente furores,
 Diuinamq; animam, & consueto iumine plenus,

Intorquens oculos uenientia fata recenset. *rhena*
 Nascere magne puer, nostros quem soluere *in celas* *nexus,*
 Et tantos genitor uoluit perferre labores.
 Magne puer, cui se hæc tãdem spolianda referuãt
 Regna, tot heu miseris hominum datata ruinis,
 Nascere, uenturum si te mortalibus olim
 Pectore ueridico promissimus, igneus ut nos
 Viribus adflatos cœlestibus ardor agebat
 Insinuans, si sacra peregrimus, et tua late
 Iussa per immensum fama uulgauimus orbem.
 En ridet pax alma tibi, simul ecce potentes
 Impulsi cœlo, diuisq; autoribus acti,
 Orbe alio properant Reges. Salucte beati
 Aethiopes, hominum sanctum genus, astra secuti
 Scilicet, huc uestris adfertis munera regnis.
 Accipe dona puer, tuq; ò sanctissima mater
 Sume animos, iam te populiq; ducesq; frequentans
 Litore ab extremo, & odoriferis Nabathæis.
 Ille autem aurata fulgens in ueste sacerdos
 Iam canus, iam maturo uenerabilis æuo
 Quid sibi uult? sacras puerum qui sistit ad aras
 Sic uenerans? letiq; inspectans æthera uultu,
 Seq; debinc facili clausurum lumina fato

Exclamat, quod speratum per secula munus
 Promissamq; diu pacem, certamq; salutem
 Terrarum, exorta liceat sibi luce tueri
 Optanti, seniunq; ideo, parcasq; trahenti.
 Sed quid ego heu dira conspersos cæde penates
 Infantem, et subito currentis sanguine riuos
 Adspicio? tristisq; meas uagitus ad aures
 Fertur? iò scelus est partus ingulare recentes
 Crudelis, quid agis? nihil hi meruere, neq; illum
 Quem petis, insano dabitur tibi perdere ferro.
 Nunc nuic ò matres scelerata abscedite terra
 Dum licet, inq; sinu pueros abscondite uestros,
 Nam ferus hostis adest. propera iam regia uirgo,
 Inq; Paretonias transfer tua pignora terras,
 Admonet hoc magnã genitor qui temperat orbẽ.
 Tuta domus, tutiq; illic tibi Dia recessus.
 Verum ubi bis senas hyemes, bis senaq; nati
 Solstitia, et tantos superaueris anxia casus,
 Ingentes imo duces de pectore questus,
 Aureaq; assiduis pulsabis sydera uotis.
 Nam puerum, quamuis per compita sepe uocatũ,
 Sepe expectatum consucte ad gaudia mensæ
 Perquires nequicquam amens, nec cara petentem



DE PARTV VIRG.

Oscula, nec sera redeuntem nocte uidebis.

Tresq; illum totos inœrenti pectore soles.

Et totidem trepidas somni sine munere noctes.

Omnia lustrantes, questu omnia cofundentes.

Flebitis indigno percussis corda dolore.

Tuq; senexq; tuus, quarto sed lucifer ortu

(Purpureos tremulo cum tollet ab œquore uultus)

Inuentum dabit, & querentibus offeret ultro.

O' quas tunc lacrymas, o' qua tunc oscula mater

Quos dabis amplexus, misso inter gaudia fletu,

Cum natum ante aras patris, & delubra sedentem

Mulcentemq; senes dicitis, animosq; trahentem.

Adspicies gaudia, ipso admirante senatu.

Primitias pueri ingenteis, nec inane sagacis

Pectoris indicium, natæq; ad grandia mentis.

Tu uero quid in arma ruis scelerata iuuentus?

Quid galeas, ensesq; uirum, & fulgentia cerno

Agmina? scutataq; procul sub nocte cohortes

Obscura, & crebris radiantibus ignibus hastas?

Tot ne unū telis petitur caput? heu furor, heu mēs

Cæca hominum, semperq; odijs adinecta nefandis

Iamq; oleas, montemq; sacrum, circumq; supraq;

Cinære, & longa lucum obsedere corona.

Quo feror? ecce trahūt manib; post terga reuinctis

Insontem, modo quem latas mira illa per urbes

Edentem, patrisq; palam præcepta docentem

Attoniti stupere, illum regemq; Deumq;

Humanæq; ducem uitæ, fontemq; salutis

Haud ueriti populo circuin plaudente fateri.

Heu facinus, mortem ne etiã, & crudele minatur

Supplicium? seuos stringunt in uulnera fâces,

Horrenteisq; parant paliuro intexere dumos

Tormenti genus, & capiti premere inde coronã

Vulnificam, uiden alternos ut arundinis ictus

Incutiunt? geminantq; truci conuicia lingua?

Parte alia ingentes uideo de stirpibus imis

Eueriti palmas, altas ad sydera palmas,

Infelix opus, unde hominum lux illa, decorq;

Pendeat, ab trepidis dirum, & miserabile terris,

Cum patri æthereo moriens liuentia pandet

Brachia, turpatosq; atra de morte capillos,

Oraq; demissosq; oculos, frontemq; cruore

Iam madidam, & lato patefactum pectus hiatu,

At mater, non iam mater, sed flentis, & orbe

Infelix simulacrum, ægra, ac sine uiribus umbra,

Ante crucem demissa genas, effusa capillum

Stat lachrymans, tristiq; irrorat pectora fletu.

Ac si iam comperta mihi licet ore profari

Omnia, defessi spectans morientia nati

Lumina, crudeles terras, crudelia dicit

Sidera, crudelem se se (quod talia cernat

Vulnera) sepe uocat. tum luctifono ululatu

Cuncta replens, singultanti sic incipit ore

Incipit, & duro figit simul oscula ligno

Exclamans. Quis me miseram, quis culmine tanto

Deiectam subitis inuoluit Nate procellis?

Nate patris uires, sanguis meus, unde repente

Hæc fera tempestas? quis te mihi fluctus ademit?

Quæ manus indignos foedauit sanguine uultus?

Cui tantum in superos licuit? bella impia coelo

Quis parat? hunc ego te post tot male tuta labores,

Postq; tot infœlix elapsæ incomoda uitæ

Adspicio? tu ne illa tuæ lux unica matris?

Tu ne animæ pax, & requies, spesq; ultima nostræ

Sic raperis? sic me solam, exanimemq; relinquis?

O dolor extincto iam te pro fratre sorores,

Pro natis toties exorauere parentes,

Ast ego pro nato, pro te dominoq; deoq;

Quem misera exorem? quo tristia pectora uertam?

Cui

Cui querar? o tandem diræ me perditæ dextræ,

Me potius (si qua est pietas) immanibus armis

Obruite, in me omnes effundite pectoris iras.

Vel tu (si tanti est hominum genus) eripe matrem

Quæ rogat, & Stygias tecum nate sub umbras.

Ipsa ego te per dura locorum, in amœnâq; uiuis

Regna sequar. liceat rumpentem cernere portas

Acratas, liceat pulchro sudore madentem

Euerforem Erebi materna abstergere dextra.

Hos illa, & plures fundet de pectore questus.

Quod scelus Eois ut primum cernet ab undis

Sol, indignantes retro conuertere currus

Optabit, frustra q; suis luctatus habenis

Quod poterit tandem auratos ferrugine crines

Inficiet, mœstam q; diu sine lumine frontem

Ostendet terris, ut qui iam ploret ademptum

Authorem, regem q; suum, quin ipsa migranti

Fratris ab ore timens, & tanto concita casu

Cynthia, ceruleo uultus obrubet amictu,

Auertet q; oculos, lachrymas q; effundet inanes.

At contra horrisono tellus concussa tremore

Cum gemitu fremet, & ruptis excita sepulchris

Emittet simulacra. Quid o quid abire paratis

B

Illustres animæ? non omnibus hæc data rerum
 Conditiõ, paucis remeare ad lumina uitæ
 Concessum. Sed tempus erit, cum Martia rauco
 Mugitu cœlum quatiet tuba, cumq; repente
 Corpora per terras omneis late omnia surgent.
 Nunc autem sat Tartarei si claustra tyranni
 Effringat Rex ille, & calagintia pandat
 Atria, diffugiant immisso lumine diræ
 Eumenidum facies iactis in terga colubris.
 Quas atro nix in limo Phlegetontis a Iustum
 Accipiat nemus, & fumanti condat in ulua.
 Tum uaria pestes, & monstra horrentia Ditis
 Ima petant, trepident Briareia turba Cerales,
 Semiferumq; genus Centauri, & Gorgones atræ,
 Scyllæq; Sphingesq; ardentisq; ora Chimææ,
 Atq; hydræ, atq; canes, & terribiles Harpyiæ.
 Ipse catenato sessus per tartara collo
 Ducetur Pluton, tristi quem murmure circum
 Inferni fractis moerebunt cornibus amnes.
 At nos uir ginea præcincti tempora lauru
 Signa per extentos cœli uictricia campos
 Tollemus, lætoq; ducem clamore sequemur.
 Victor id, bellator id, tu regna profunda,

Tu manes, Erebumq; potestatesq; coerces
 Aerias, lethumq; tuo sub uimine torques.
 Ille alto temone sedens, leuibusq; quadrigis
 Lora dabit, nolucresq; reget placido ore iugales,
 Non iam cornipedum ductos de semine equorum,
 Nec qui consuetas carpant præsepibus herbas.
 Primus enim ualido subnixus eburnea collo
 Fert iuga formosi pecoris custodia Taurus.
 Stellatus minio Taurus, cui cornua fronti
 Auræ, & auratis horrent palearia setis,
 Perq; pedes bifidæ radiant noua sydera gemmæ.
 Torua boni facies, sed qua non altera cœlo
 Dignior, hymbri ferum quæ cornib; inchoet annis,
 Nec quæ tam claris mugitibus astra lacestat.
 Et iuxta nemorum terror, rexq; ipse ferarum
 Magnanimus mitet ore Leo, quem fusa per armos
 Conuestit iuba, pectoribus generosa superbit
 Maiestas. non iam ut cædes, aut prælia senus
 Adpetat, (innocuis armantur dentibus ora,
 Grataq; tranquillo ridet clementia uultu)
 Sed cœlo ut spatietur, & alta ad sydera tendat.
 Hos post insequitur pulchros pennata per artus
 Alituum Regina, sacræ cui uertice plumæ

DE PARTV VIRG.

Ad surgunt, flauoq; caput diademate fulget.
 Ipsa ingens alis, ingentis fulminis instar
 Supra hominum tecta ac montes, supraq; uolucres
 Fertur, & obstantes cursu petit obuia nubes.
 Vltimus humana sociat cernice laborem
 Alatus tergo Iuuenis, cui luthæa leuo
 Ex humero chlamys Eois inpersa lapillis
 Pendet, eam uariant centum longo ordine reges
 Antiquum genus, & Solymæ primordia gentis
 O stro intertexti, ueros cognoscere uultus
 Est illic, ueros monteis, & flumina credas,
 Et uera extremo Babylon nitet aurea limbo.
 Tali sydereas curru subuectus in auras
 Indutos referens spolijs pallentibus axes
 Perueniet, recto qua panditur orbita tractu
 Lactea, & ad sedes ducit candentis olympi.
 Illic auratæ muros mirabimur urbis,
 Auratasq; domos, & gemmea tecta, uiasq;
 Stelliferas, nitreosq; alis cum montibus amnes.
 Atque ibi, seu magni celsum penetrale tonantis,
 Siue alios habitare lares, ac tecta minorum
 Coelicolum dabitur, stellas numerare licebit,
 Sur gentemq; diem pariter, pariterq; cadentem

DE PARTV VIRG. 11

Sub pedibus spectare, & longos ducere soles,
 Longaq; uenturis protendere nomina sæclis.
 Hæc ubi dicta patres plausu exceperere frequentes
 Fastidicum uatem, sublatumq; aggere ripæ
 Ad tollunt humeris, letumq; per auia ducunt
 Intremuere Erebi sedes, obscuraq; Ditis
 Limina, suspirans imo de corde Megæra
 Dat gemitu, & toruas spectat sine mente sorores.
 Tum caudam exululans sub uentre recondidit atrâ
 Cerberus, & fonteis latratu terruit umbras,
 Commotisq; niger Cocytus inhorruit antris,
 Et uaga Sisyphijs hæserunt saxa lacertis.

LIBER. II.



Rgina ut subito imo sub pectore
 re motus
 Sensit, & ad flatu diuini numi
 nis aucta est,
 Haud mora, chgressu uolucris
 suspensa ministri
 Exurgit, monteisq; procul contendit in altos
 Festinans, ea cura animo uel prima recurSAT,

Matronam defessam aeuo, cui nulla fuissent
 Dona uteri (mirum dictu) iam segnibus annis
 Foecundam, sextiq; grauem sub pondere mensis
 Protinus adfari, uocemq; audire loquentis,
 Et spectare oculis sterili data pignora matri.
 Ergo adincta uie, nullos studiosa paratus
 Induitur, nullo disponit pectora cultu,
 Tantum albo crines iniectu uestis inumbrans
 Qualis stella nitet, tardam quae circuit Arcton
 Hyberna sub nocte, aut matutina resurgens
 Aurora, aut ubi iam Oceano Sol aurcus exit.
 Quaq; pedes mouet, hac casta terra alma ministrat;
 Pubentisq; rosas, nec iam moestos Hiacynthos,
 Narcissumq; crocumq;, & quicquid purpureu uer
 Spirat hians, quicquid florum per gramina passim
 Subgerit, immiscens uarios natura colores.
 Parte alia celeres sistunt uaga flumina cursus,
 Exultant uallesq; cauae, collesq; supini,
 Et circumstantes submitunt culmina pinus,
 Crebraq; palmiferis erumpunt germina syluis.
 Omnia letantur, cessant Eurisq;, Notiq;,
 Cessat atrox Boreas, tantum per florea rura
 Regna tenent Zephyri, caelumq; tepentibus auris

Mulcent, quaq; datur, gradientem uoce salutant.
 Ut uentum ad sedes, uultu longaeua uerendo
 Occurrit coniux iusti senis, atq; repente
 Plena deo subitoq; uteri concussa tumultu
 Excipit amplexu uenientem, ac talibus infit.
 O' decus, o' laudis mulier dux praevia nostrae,
 Coelitibus sola humanum quae digna reperta es
 Conciliare genus, coetuq; ad tollere ad astra
 Foemineos, gremium cuius diuinus obumbrat
 Palmes, inexhaustis terras qui compleat unis.
 Quis me, quis tanto superum dignatur honore?
 Tu ne procul uisura humiles Regina penates
 Venisti? tu ne illa mei pulcherrima regis
 Mater ades? uiden' ut nostra puer excitus aluo
 (Cum mihi uix primas uocis sonus ambiat aures)
 Iam salit, & dominu (ceu praecursurus) adorato.
 Foelix Virgo animi, foelix, cui tanta mereri
 Credulitas dedit una, in te nam plena uidebis
 Omnia, quae magni uerax tibi dixit olympi
 Ali ger, arcano delapsus ab aethere cursu.
 Illa sub haec. Miranda alti quis facta tonantis
 O' mater, meritas caelo quae tollere laudes
 Vox queat? exultant dulci mea pectora motu



DE PARTV VIRG.

Authori tantorum operum, qui me ima tenenté,
 Indignamq; humilemq; suis respexit ab astris.
 Munere quo genteis foelix ecce una per omnes
 Iam dicar, nec uana fides, ingentia quando
 Ipse mihi ingenti cumulauit munera dextra
 Omnipotens, sanctumq; eius per secula nomen,
 Et quæ per magnas clementia decita terras
 Exundat, qua passim omneis sua iussa uerentes
 Vsq; fouens, nullo neglectos deserit æuo.
 Tum fortè exertans humerū, dextramq; coruscā,
 Insanos longe fastus, mentisq; superbas
 Dispulit, afflixitq; super, solioq; potentes
 Deturbans dedit in præceps, & ad ima repressit,
 Extollensq; humiles aliena in sede locauit.
 Pauperiemq; famemq; fugans, impleuit egenos
 Diuitijs, uacuos contra, uidosq; reliquit
 Qui nullas opibus metas posuere parandis.
 Postremo sobolem (neq; enim dare maius habebat)
 Aeternam genitor sobolem, seclisq; priorem
 Omnibus, equalemq; sibi, de sanguine fidi
 Suscepit pueri, tantis quod honoribus unum
 Deerat adhuc, non ille animi, morumq; suorum
 Oblitus, quippe id meditans promiserat olim

LIB. II.

Sacrificis proauorum atauis, stirpiq; nepotum.
 Hæc uirgo. At senior, nullus cui uocis ademptæ
 Vfus erat, supplex nunc gressum obseruat euntis,
 Virgineosq; pedes, tactæq; dat oscula terræ,
 Nunc lætus tollit duplices ad sydera palmas,
 Quoq; potest, solo testatur gaudia nutu,
 Ostenditq; manu uatum tot scripta priorum,
 Quæ quis agere deo, quondam dum uita manebat,
 Edidit, & populis liquit celebranda futuris.
 Scilicet effusum tacitis de nubibus imbrem
 Lanigerum in tergus, germenq; è stirpe uetuste
 Arboris exurgens, incombustumq; sonoro
 Igne rubum, & priscis stellam de patribus ortā.
 Quæ dum cuncta graui uenturi haud inscia uisu
 Percurrit trelegens, alto cum corde uolutat
 Conceptus Virgo insolitos, & ab æthere lapsam
 Progeniem, pluuiæ in morem, quæ uellere molli
 Excepta, haud ullos sonitus, nec murmura reddit.
 Seq; rubum, uirgamq; alto se demiq; missam
 Sydus grande mari prorsum agnoscitq; uidetq;
 Non tamen ausa loqui, tanto aut se ducere dignam
 Munere, sed tacito affectu tibi maxime diuūm
 Grates rector agit, mentemq; ad sydera tollit.

Et iam Luna cauum ter luce repleuerat orbem,
 Ter solitas de more intrarat cæca latebras,
 Cum Virgo in patriam reditū parat, omnia quādo
 Certa uidet. subeunt dilectæ grata parentis
 Adloquia, adfuetæq; pijs sermonibus ædes,
 Quæq; salutantis uoces, ac uerba ministri
 Audyt, & primos excepit cella uolatus,
 Cella choris superum lustrata, & cognita caelo.
 Ergo iter inceptum caris digressa propinquis,
 Adcelerat, relegitq; uiam per nota locorum;
 Nec mora, nec requies usquam, nec lumina fleclit
 (Cœlicolum quamuis sacro circumdata cœtu)
 Donec ad optatum peruenit sedula limen.
 Atq; ibi, dum consueta suo cum pectore uersat
 Gaudia, paulatim maturi tempora uentris
 Aduentare uidet, scires iam numen in illa
 Grande tegi, nullos adeo sentire dolores
 Dat superum genitor, nullaq; ex parte grauari.
 Interea terra parta iam pace, mariq;
 Augustus pater ætatis bella impia portis
 Clauserat, & ualidis arclerat uincta catenis,
 Dumq; suas regnator opes, uiresq; potentis
 Imperij, exhaustasq; armis ciuilibus urbes

Nosse cupit, magnū censeri iusserat orbem,
 Describi populos late, numerumq; referri
 Cunctorum ad se se capitum, quæ maxima tellus
 Sustinet, & rapido cōplectitur æquore Nereus.
 Ergo omneis lex una mouet. sua nomina mittunt
 Qui monteis Aurora tuos, regna illa feracis
 Armenia, qui conualles, atq; alta Niphate
 Saxa tenent, longe piclis gens nota pharetris,
 Gens fines lustrare suos non segnis, & arcu
 Qua uagus Euphrates, qua denius exit Araxes
 Foelices tractus, & late munere diuūm
 Concessos defendere agros bene olentis Amomi.
 Censetur Tauri passim, censetur Amani
 Incola, prædatorq; Cilix, & Isaurica quisquis
 Rura domat, quicunq; tuas Pamphylia syluas,
 Quiq; Lycaoniam foelicia iugera, quiq;
 Flauentem curuis Liciam perrumpit aratris.
 Iam clari bello Leleges, populiq; propinqui
 Iussa obeunt, gens quæq; suo dat nomina ritu.
 Qui Ceramon, bimaremq; Gnidon, quiq; alta tuetur
 Moenia, dispositis ubi circumsepta columnis
 Tollit se niuei moles operosa sepulchri,
 Barbara quàm raptō posuit regina marito.

Et quos Mæandri toties ludente recurſu
 Vnda rigat, rigat ipſe ſuo mox amne Cayſter,
 Herboſo niueos dum margine paſcit olores.
 Quosq; metalli feris ueniens Pactolus ab antris
 Circuit, & rutila non parcior Hermus harena.
 Miſorum manus omnis, Apollineæq; Celene,
 Idaq; Rhoetææq; arces, celebratâq; muſis
 Pergama, Sigæumq; iugum, Priameia quondam
 Regna armis, ducibusq; ducû nûc nota ſepulchris
 Quæ nauta, anguſtum dum præterit Hellespontû,
 Oſtendens focys, hoc inquit littore flentes
 Nereides ſteterant, paſſis cum moeſta capillis
 Ipſa ſuum de more Thetis clamaret Achillem.
 His & Bythine claſſes, & Pontica late
 Adcedit regio, paret ſcopuloſa Carambis,
 Parenâ ſtudio feruet ſimul alta Sinope,
 Feruet Halys, quiq; immēſis procul annib; aucl;
 Cappadocum medios populos diſcriminat Iris,
 Thermodoönq; Halybesq; adtritaq; ſaxa Prome
 Præterea qua ſe Thracû Mauortia tellus (theo.
 Pandit, & algentem Rhodope procurrat in Aemû,
 Qua Macetum per ſaxa ruit torrentibus undis
 Axius, umbroſe q; tegunt Halyachmona ripe,

Quaq; iacet diris omen Pharfalia bellis,
 Et bis Romana ferales clade Philippi
 Conueniunt populi certatim, & iuſſa faceſſunt.
 Vos etiam ueſtros his adiunxiſtis alumnos
 Vicinæ paſſim uacuis iam moenibus urbes,
 Antiquæ Graiorum urbes, gens optima morum
 Formatrix, clara ingenijs, & fortibus auſis,
 Seu quæ littoreos tractus, montesq; tenetis,
 Seu quæ per medias diſperſe exurgitis undas.
 Tum latus Epiri, qua formidabile nautis
 Adtollunt ſummo caput Acrocerania coelo
 Vrget opus. iamq; Alcinoi dat Regia cenſum,
 Illyricæq; manus, impacatiq; Liburni,
 Littoraq; Ionio paſſim pulſata profundo.
 Nec tu, cui late imperium terræq; marisq;
 Bellatrix peperit uirtus, & Martius ardor,
 Non populos, non ipſa tuas terra inçlyta genteis
 Deſcribis, terra unâ armis, & foeta triumphis,
 Vnâ uiris longe pollens, atq; æmula coelo.
 Nubiſeræ quam præruptis anfractibus Alpes
 Præcingunt, mediamq; pater ſecat Apenninus,
 Et geminum rapido fluctu circumtonat æquor.
 Deſcripſere ſuos (quamuis non axe ſub uno)

Hinc Rhenus pater indigenas, hinc latior undis
 Danubius, qui sylvarum per uasta uolutus
 Pascere non populos, non lambere desinit urbes,
 Donec ad optatam rapido uenit agmine Peucen.
 Quin et proceras scrutatur Gallia syluas
 Gallia Cesareis Latio dignata triumphis
 Quam Rhodanus, quam findit Arar, quam pmeat ingens
 Sequana, piscosque interluit amne Garumna.
 Tum quas piniferis genteis praerupta Pyrene
 Rupibus, Herculeas prospicit adusque columnas
 Cogit Anas, cogit ripa formosus utraq;
 Duria, et albeni Betis praecinctus oliua,
 Auratamque Tagus uoluens sub gur gite harenam,
 Quoque suo terras insignit nomine Iberus,
 Parte alia uastas circumuocat Africa uires,
 Getuli, Maurique, duces rimantur opaci
 Ashlantis nemora, et dispersa mapalia syluis.
 Scribitur et uacuis ut quisque inuentus harenis
 Seu pastor, seu subincens uenator in armis
 Obseruans senos latebrosa ad tesqua leones.
 Massylum quicumque domos, quicumque repostos
 Hesperidum lucos, munitaque montibus arua
 Incolit, et ramis natium decutit aurum.

Et qui uertentes immania saxa iuuenos
 Flecht arans, qua deuicte Cartaginis arces
 Procubuerunt, iacentque infausto in littore turres
 Euerse, quantum illa metus, quantum illa laboris
 Urbs dedit insultans Latio, et Laurentibus aruis,
 Nunc passim uix reliquias, uix nomina seruans
 Obruitur proprijs non agnoscenda ruinis.
 Et querimur genus infelix humana labare
 Membra aeuo, cum regna palam moriatur, et urbes.
 Iamque Macas idem ardor habet, uenere uolentes
 Barcei, uenere suis Nasamones ab aruis.
 Nauifragas qui per Syrtes, infidamque circum
 Littora, mercentum spolijs onerantur, et altos
 Insiliunt nudi cumulos extantis harenae,
 Inque suas uertunt aliena pericula praedas.
 Postremo Psilli, Garamanticaque, arua tenentes,
 Quoque Cyrenaeas suspenlunt uomere glebas,
 Laudatasque legunt succis praeslantibus herbas,
 Quoque Iouis palmeta, Hasbytarumque recessus,
 Marmaricas qui late oras, qui pascua seruant
 Aegypti, Meroesque, sacer quos Nilus inundat,
 Nilus ab aethereo ducens cunabula caelo.
 Nec minus et casta senior cum Virgine custos

Ibat, ut in patria nomen de more, genusq;
 Ederet, & iussum non segnis penderet aurum.
 Ille domum antiquam, & regnata parētibus arua
 Inuisens, secum proavos ex ordine reges,
 Claraq; sacra ducū, pulchramq; ab origine gentē
 Mente recensabat tacita, numerumq; suorum
 (Quamuis tunc pauper, quamuis incognitus ipsi
 Agnatis) longe adueniens explere parabat.
 Iam fincis Galilea tuos emensus, & imas
 Carmeli ualleis, quæq; altus uertice opacat
 Rura Thabor, sparsamq; iugis Samaritida terrā
 Palmiferis, Solymas à leua liquerat arces.
 Cum simul è tumulto muros, ac tecla domorum
 Prospexit, patriæq; agnouit moenia terræ.
 Continuo lachrymis urbem ueneratur obortis,
 Intenditq; manus, & ab imo pectore satur.
 Bethlemia turre, & non obscura meorum
 Regna patrum, magniq; olim saluete penates,
 Tuq; terra parens regum, uisuraq; regem
 Cui Sol, & Gemini famulantur cardinis axes,
 Salue iterum, te uana Iouis cunabula Crete
 Horrescet, ponetq; suos temeraria fastus,
 Moenia te Dirca tremant, ipsamq; pudebit

Ortygia

Ortygiam geminos Latone extollere partus.
 Parua loquor, prono ueniet diademate supplex
 Illa potens rerum, terrarumq; incluta Roma,
 Et septem geminos submittet ad oscula montis:
 Dixit, & extrema mouit uestigia uoce,
 Maturatq; uiam senior, tardumq; fatigat
 Vectorem, & uisas gressum molitur ad oras.
 Et iam prona dies fluctus urgebat Iberos
 Purpureas pelago nubebat, aurumq; relinquens.
 Ecce autem magnis plenam conuenientibus urbem
 Protinus, ut uenere, extremo è limine porte
 Adspiciunt, mistum confluxerat undiq; uulgus,
 Turba in gens, credas longinquo ex equore uectas
 Ad merces properasse, aut deuastantibus arua
 Hostibus, in tuum trepidos fugisse colonos.
 Cernere erat perq; anfractus, perq; arcta uiarum
 Cuncta replese uiros, confusq; ordine matres
 Permissos pecori agricolas, hos iungere plaustra,
 Hos intendere uela, alios discumbere apertis
 Porticibus, resono compleri cuncta tumultu,
 Accensos uarijs lucere in partibus ignes.
 Quæ pater admirans tacito dum singula uisit
 Percurrit, circumq; domos, & limina lustrat,

C

Nec superesse locum tecto uidet, ibimus, inquit
 Quo Deus, & quo sancta uocant oracula patrum.
 Est specus haud ingens paruae sub moenibus urbis,
 Incertum manibus ne hominum, Genio ne potētis
 Naturae formatus, ut haec spectacula terris
 Praeberet, tantosq; diu seruatus in usus
 Hospitio caelum accipere, cui plurima dorso
 Incumbit rupes pendentibus undiq; saxis
 Aspera, & exese cingunt latera ardua cautes,
 Defunctis operum domus haud ingrata colonis.
 Huc heros tandem superata ambae uiarum
 Sic monitus, ducente deo, cum coniuge sancta
 Deuenit, multa q; senex se nocte recepit.
 Ac primum sicis ramalibus excitat ignem,
 Stramineoq; toro comitem locat, agra cubantis
 Membra super uestem inuoluens, mox adligat ipsos
 Permulcens, iam non duros, iam sponte sequentes
 Quadrupedes, ut forte aderat scenile saligna
 Subfultum crate, & palmarum uimine textum.
 Nunc age Castalijs quae nunquam audita sub antris
 Musarumue choris celebrata, aut cognita Phoebō
 Expediam, uos secretos per denia calles
 Coelicolae, uos (si merui) monstrate recessus

Intactos, uentum ad cunas, & gaudia coeli,
 Mirandosq; ortus, & tecta sonantia sacro
 Vagitu. stat ferre pedem, qua nulla priorum
 O buia sint oculis uatum uestigia nostris.
 Tempus erat, quo nox tardis inuecta quadrigis
 Nondum stelliferi mediam peruenit olympi
 Ad metam, & tacito scintillant sydera motu.
 Cum siluēq; urbesq; silent, cum fessa labore
 Accipiunt placidos mortalia pectora somnos,
 Non fera, non uolucris, non picto corpore serpens
 Dat sonitum, iamq; in cineres consederat ignis
 Vltimus, & sera perfusus membra quiete
 Scruposo senior caput adclinauerat antro.
 Ecce autem nitor ex alto nouus emicat, omnemq;
 Exuperat ueniens atrae caliginis umbram,
 Auditq; chori superum, & caelestia curuas
 Agmina pulsantum cytharas, ac uoce canentum.
 Agnouit sonitum, partusq; instare propinquos
 Haud dubijs Virgo sensit laetissima signis.
 Protinus erigitur stratis, caeloq; nitentes
 Ad tollit uenerans oculos, ac talia satur.
 Omnipotens genitor, magno qui sydera nutu
 Acriosq; regis tractus, terrasq; fretumq;

Ecquid adest tempus, quo se sine labe serenam
 Efferat in lucem soboles tua? quo mihi tellus
 Rideat, & teneris depingat floribus arua?
 En tibi maturos fructus, en reddimus in gens
 Depositem, tu nequa pio iactura pudori
 Obrepat, summo defende, & consule coelo.
 Ergo ego te gremio reptantem, & nota petentem
 Vbera care puer, molli studiosa fouebo
 Amplexu, tu blanda tuae dabis oscula matri
 Adridens, colloq; manum, & puerilia nectes
 Brachia, & optatam capies per membra quietem.
 Sic memorat, fruiturq; deo, comitumq; micanti
 Agmine, diuinisq; animum concentibus explet.
 Atq; olli interea reuoluto fidere foelix
 Hora propinquabat. Quis me rapit? accipe uatim
 Diua tuum, rege diua tuum. feror arduus alias
 In nubes, uideo totum descendere caelum
 Spectandi excitum studio. Da pandere factum
 Mirum, indictum, insuetum, in gens. absistite cura
 Degeneres, dum sacra cano. iam leta laborum,
 Iam non tacta metu, secli regina futuri
 Stabat adhuc, nihil ipsa suo cum corde caducum,
 Nil mortale putans, illam natusq; paterq;

Quiq; prius quam Sol caelo, quam Luna niteret,
 Spiritus obscuras ibat super igneus undas,
 Stant circum & magnis pmulcent pectora curis.
 Praeterea redeunt animo quaecunq; uerendus
 Dixerat interpres, aeli sine pondere menses,
 Seruatusq; pudor. clausa cum protinus aluo
 (O noctem superis letam, & mortalibus aegris)
 Sicut erat folijs, stipulaq; immixa rigenti
 Diuinum spectante polo, spectantibus astris
 Edit onus. qualis rorem cum uere tepenti
 Per tacitum matutinus desudat Eous,
 Et passim teretes lucent per gramina guttae.
 Terra madet, madet adspersa sub ueste uiator
 Horridus, & pluuiae uim non sensisse cadentis
 Admirans, gelidas udo pede proterit herbas.
 Mira fides. puer aethereas iam lucis in auras
 Prodierat, foenog; latus male sultus agresti
 Impulerat primis resonum uagitibus antrum.
 Alma parens nullos intra praecordia motus,
 Aut incurstantis deuexi ponderis ictus
 Senserat, haerebant immotis uiscera claustris.
 Haud aliter, quam cum purum specularia Solem
 Admittunt, lux ipsa quidem pertransit, & omnis

Irrumpens laxat tenebras, & discutit umbras,
 Illa manent illæsa, haud ulli peruia uento,
 Non hyemi, radijs sed tantum obnoxia Phœbi,
 Tunc puerum tepido genitrix inuoluit amictu,
 Exceptum q̄z sinu, blande q̄z ad pectora pressum
 Detulit in præsepe, hic illum mitia anhelò
 Ore fouent iumenta. O' rerum occulta potestas.
 Protinus agnoscens dominum procūbit humi bos
 Cernuus, & mora nulla, simul procumbit asellus
 Submittens caput, & trepidanti poplite adorat.
 Fortunati ambo, non uos aut fabula Cretæ
 Polluet, antiqui referens mendacia furti,
 Sidoniam mare per medium uexisse puellam.
 Aut sua dum machidus celebrat portenta Cithæron
 Infames inter thyasos, uinosa q̄z sacra
 Arguet obsequio senis insudasse profani,
 Solis quippe deum uobis, & pignora cœli
 Nosse datum, solis cunabula tanta tueri.
 Ergo dum refugo stabit circumdata fluctu
 Terra parens, dum præcipiti uertigine cœlum
 Voluetur, Romana pius dum templa Sacerdos
 Rite colet, uestri semper referentur honores,
 Semper uestra fides nostris celebrabitur aris.

Quis tibi tūc animus, quæ sancto in corde uoluptas
 O' genitrix, cum muta tuis famulantia canis,
 Ac circum de more sacros referentia ritus
 Adspiceres domino genua inclinare potenti,
 Et sua commotum trahere ad spectacula cœlum?
 Magne pater, quæ tanta rudeis prudentia sensus
 Lenit? informi tantos quis pectore motus
 Exciuit calor & pecudum in præcordia uenit?
 Ut quem non reges, non acceperet tot urbes,
 Non populi, quibus unâ aras, & sacra tueri
 Cura fuit, iam bos torpens, iam se gnis asellus
 Authorem latè, possessorem q̄z salutant.
 Vocibus interea sensim puerilibus heros
 Excitus, somnum expulerat, noctem q̄z fugarat
 Ex oculis, iam q̄z infantem uidet, & uidet ipsam
 Maiorem ad spectu, maiori & lumine matrem
 Fulgentem, nec quoquam oculos, aut ora mouentè,
 Sublimen q̄z solo, superum cingente caterna
 Aligera. qualis nostrum cum tendit in orbem
 Purpureis rutilat pennis nitidissima Phoenix,
 Quam uaria circum uolucres comitantur euntem.
 Illa uolans, Solem natiuo prouocat auro
 Fulua caput, caudem & roseis interlita punctis

DE PARTV VIRG.

Ceruleam, stupet ipsa cohors, plausuq; sonoro
Per sudum strepit innumeris exercitus alis.

Miratur lucem insolitam, miratur ouanteis
Coelicolum cantu senior. tum uictus, & amens,

Adtonitusq; animi, tantisq; ardoribus impar
Corruit, & geminas uultum demisit in ulnas,

Adfususq; diu telluri, immobilis haesit.
Hic illum superi iuxta uidere iacentem,

Vidit dia parens, nec longum passa seniles
Obduci tenebris oculos, dat surgere, & agrum

Sustentare genu, tremulisq; insistere plantis,
Diuinosq; pati uultus, superiq; nitorem

Ignis, & aethereas uibrantia lumina flammis.
Ille ubi paulatim uireis, animumq; resumpsit,

Nodoso incumbens baculo, modulantia primum
Agmina, reginamq; deum de more salutat.

Mox ipsum adcedens praesepe, uluaq; palustris
Impositum spectans dominum terraeq; marisq;

(O' timor, o' mentis pietas) puerilia membra
Non ausus tractare manu, cunctatur ibi auram

Inspertatam auram diuino efflantis ab ore
Ore trahens, subito correptus numinis haustu,

Adflatusq; deo, sic tandem uoce quiescit

Incipit, & lachrymis oculos subfundit obortis,
Sanctae puer, non te pharijs operosa columnis

Atria, non uariata Phrygum uelamina textu
Excepere (iacet nullo spectabilis auro)

Angustum sed uix stabulum, male commoda sedes,
Et fragiles calami, lectaeq; paludibus herbae

Fortuitum dant ecce torum, laqueata tyrannos
Tecla, & regifico capiant aulae paratu.

Te pater aeterno superum ditauit honore
Illustrans, tibi syderei domus aurea coeli

Plaudit, inextinctosq; parat natura triumphos.
Et tamen hanc sedem reges, haec undiq; magni

Antra petent populi, longe quos cerula Calpe
Littore ab occiduo, nigrisq; impellet ab Indis

Sol oriens, quos & boreas, & feruidus Auster
Diuerso inter se certantes cardine mittent.

Tu pastor, tu dispersas reuocare per agros
Missus oueis late, pectusq; obferre periclis,

Prodigus ab nimium uite, per tela, per hosteis
Obscurum nemus irrumpens, rabida ora luporu

Compesces, saturumq; gregem sub tecla reduces.
O' mihi certa fides superum, decus addite terris

Nate deo, deus ipse, aeterno e lumine lumen.



DE PARTV VIRG.

Te te ego, te circum genitrix, latiq; ministri
Concinimus, primi q; tuos celebramus honores
Longa q; perpetuis indicimus Orgia fastis.

LIBER. III.



Vratum interea culmen bipaten
tis olympi
Conscendit genitor, rerum inuio
lata potestas
Leta fonens tacito sub pectore,
mox iubet omneis

Ad se se acciri superos, qui q; atria longe
O bseruant, qui q; arcanis penetralibus adstant.
Præterea quos Eos Aurora per ortus,
Et quos occidua propior uidet Hesperus ora.
Nam q; ferunt olim leges eum conderet æquas
Rex superum, & ualido mundum suspenderet axe,
Diuersas statuisse domos, diuersa q; diuis
Hospitia, & dignos meritis tribuisse penates
Ordine cui q; suos illi data tecta frequentant,
Arma q; & eratis adfigunt nomina ualuis.
Haud mora fit, celerant iussi, uolat æthere toto

LIB. III.

22

Coelicolum glomerata manus, pars igne corusco
Tota rubens, pars stelliferis innexa coronis.
Ipse sedens, humeris chlamydem fulgentibus aptat
Ingentem, & coelum pariter, terras q; te gentem.
Qua quondã (ut phibent) uigilãs noctes q;, dies q;
Ipsa suo nenit rerum natura Tonanti,
Adiecitq; sacra decus admirabile tele,
Per medium, per q; extrimas subte gminis oras
Immortale aurum intexens, grandes q; smaragdos.
Illic nam uaria mundum distinxerat arte
Gnara operum mater, certis q; elementa figuris,
Et rerum species, animas q;, & quicquid ab alta
Fundit mente pater. generis primordia nostri
Cernere erat limum informem, iam præpete penna
Desferri uolucres liquidum per inane uideres,
Iam syluis errare feras, pontum q; natari
Piscibus, & uero credas spumescere fluctu.
Hic postquam aligeros gemmata sedilia coetus
Accepere, pater solio sic in fit ab alto.
Ætherei proceres (neq; enim ignoratis & ausus
Infandos, dirumq; acies super astra frementes)
Si meeum iuuat antiquos ab origine motus
Inspicere, & ueterum pariter meminisse laborum,

Quadoquidem hæc uobis peperit uictoria laudem,
Huc animos, huc pacatas aduertite mentis.

Vos, cum omne arderet cælum seruilibus armis,
Arctoumq; furor pertenderet impius axem
Scandere, & in gelidos regnū transferre Triones,
Fida manus mecum mansistis, & ultima tandem
Experti, cœlo uictricia signa tulistis,
Aeternumq; alta fixistis in arce trophæum.

Quos ego pro meritis insigni munere palmæ
Donauit, regniq; in partem, operumq; recepi,
Præcipuosq; habui, lectosq; ad iussa ministros,
Vsq; adeo fixa antiqui stat gratia facti.

Nec minus & nostras audistis sæpe querelas,
Vidistisq; grauis flammæ pectoris æstus,
Tunc cum prima nouas egit dementia gentes
Arboris auricomæ cœlestia carpere poma,
Poma graui seros gustu lesura nepotes.

Munere quim superū indignas spoliastis, & umbra
Sacrorum late nemorum, ad fiduôq; labore
Multastis miseris, uite & breuioribus annis.

Quid repetam ueteri sumptas de crimine pœnas?
Exiliumq; informe Erebi, tenebrasq; repostas?
Quæ tacito mecum spectastis lumine, & ijdem

Terrarum sortem mœsti indoluisistis acerbam?
Aut etiam ut nostri longo post tempore tandem
Pectoris indomitas clementia uicerit iras?

Visq; arcana leueis sensum demissa per auras
Eocundam intactæ complerit Virginitis aluum?

An temere hoc, nullaq; actum ratione putatis?
Quippe ita mansuras decuit me ponere leges
Quo terræq; polusq; homines, diuiq; uicissim
Foederibus starent certis, & pignore tanto

Seruarent memorem cognatæ stirpis amorem?

Quare agite, & iam nunc humana capeffite fata,

Ac primum duris parui sub cautibus antri
Gramineos lustrate toros, lustrate beatam

Pauperibus sedem calamis, cunctiq; recentis

Submissi cunas adcedite, dum pia mater

Complexu in molli natum fouet, ubera pernox

Indulgens teneris pueri rorantia labris,

Nec procul instipula demisso pectore mutum

Procumbit pecus, & domini uestigia lambens

Perui gilat, longos fundit dum tibia cantus.

Hic faustos ortus pueri, noctemq; uerendam

Discursu per inane leui, passimq; canoris

Laudibus excipite, & plausu celebrate fauens



DE PARTU VIRG.

Omnia felicem uentura in secula pacem.
Certatimq; renascentis cunabula mundi,
Victum anguem, uictumq; anguis furiale uenenū.
Sic placitum, sic aures conungere terris
Coelicolas, sic ferre homines ad sydera certum est.
Hæc ubi dicta, nouum superis inspirat amorem,
Quo subito ueteres deponent pectoris iras,
Obliti scelerum, patrisq; exempla secuti
Terrarum flagrant studio, & mortalia curent.
Nec mora, Lætitiæ choræ tum forte uacantem
Aduocat, hæc magni motusq; animosq; Tonantis
Temperat, & uultum discussa nube serenat.
Lætitiæ, quæ coelicolum per limina semper
Discursat, rarôq; imas petit hospita terras.
Curarumq; expers, lacrymasq; exosa uirago
Exultat, totoq; abigit suspiria cælo.
Ut stetit ante patrem terrasq; adcedere iussa est,
Mobilibus pictas humeris adcommodat alas,
Lenimenq; uicæ comites uocat, illicet adsunt
Iucundæ uisu facies, Cantusq; Choriq;
Gaudiaq; Plaususq;, & honestis ignibus ardens
Rectus Amor, quem nuda Fides, Spesq; inscia lucet
Vadentem, mira unanimes pietate sorores

LIB. III.

24

Observant, sequitur mox inculpata Voluptas
Gratiâq;, & niueam suadens concordia pacem.
Cumq; propinquasset portæ, quæ maxima cælo
Dicitur, æternumq; micat radiata coruscis.
Astrorum signis, quando mortalibus ægris
Dant nimbos aliæ, & damnant caligine terras.
Subcinctæ occurrunt Horæ properantibus alis,
Insomnes Horæ, namq; his fulgentia diuū
Limina, & in gentis custodia crechta cæli.
Protinus æratos impulsu cardine posteis
Cum sonitu, magnoq; polos quassante fragore
Præpandunt obnixæ humeris. Volat illa per auras
Obscura sub nocte nitens, gratantur eunti
Sydera, iam festas meditatur Luna choreas.
Exultant Hyades, gaudet mutata Bootes
Plaustra auro, totosq; auro fulgere iuuenços.
Tunc primum, uisa est misceri post fata parentis
Risisse Erigone, & longum posuisse dolorem,
Armatoq; ensis subducitur Orioni.
Ut uero umbrosis posuit uestigia syluis,
Culmina conscendit pastorum, atq; omnia latè
Perlustrans tacitis oculis loca, concurrit alas
Adplaudens, pictosq; sinus sub nocte coruscans

Subrigit letum puraq; in luce refulsit.
 Primi illam sensere canes, sensere iacentes
 Hædorum passim per dura cubilia matres
 Balatq; ouium ualles sonuere propinque,
 Saxaq;, & adtoniti caput erexere magistri,
 Tunc ait. O parui uigiles gregis, o bona pubes
 Sylvarum, superis gratum genus, ite beati
 Postores, ite antra nouis intendite fertis,
 Reginam ad cunas, positumq; in stramine regem
 (Certa fides) alti iam iam moderator olympi
 Cernere dat. properate, noui q; tepentia lactis
 Munera, cumq; suo date condita subere mella,
 Infuetum & syluis stipula deducite carmen.
 Nec plura effata, in nubes taciturna recessit,
 Et penitus nigra noctis se condidit umbra.
 Olli inter se se uario sermone uolutant
 Quid superũ mandata uelint, quas querere cunas,
 Quos iubeant reges, quæ cingere frondibus antra.
 Continuo uarijs innectunt tempora ramis,
 Neclitur & lentiscous, opacæq; arbutus umbræ,
 Rosq; maris, buxusq;, & densa comas terebinthus,
 Cunctaq; frondenti redimitur turba corona.
 Mox syluam exquirunt omnem, saltusq; repostos
 Elamiferis

Flammiferis lustrant tædis, ardere putares
 Arua procul, totumq; incendi lumine montem,
 Tandem inter dumos fessi, sub rupe cauata
 Speluncam adspiciunt, uocemq; rudentis afelli
 Auribus accipere uident, ipsumq;, bouemq;,
 Longæuamq; senem, stantemq; ad lumina matræ
 Insomnem, se pressis resouentem pignus in ulnis:
 Ergo insperatæ gauisi munere sortis
 Ocyus in gentem procero stipite laurum
 Auulsamq; solo palmam ab radicibus imis
 Adtollunt humeris, perq; interualla canentes
 Cum plausu, choreisq;, & multifono modulatu
 Vestibuli ante aditum statuunt; omnemq; coronant
 Fronde locum, grandes oleas, cedrosq; comanteis
 Adfigunt, longæq; aduelant limina fertis,
 Et latè Idaliam spargunt cum baccare myrtum.
 Quos bonus ex antro dictis ingressus amicus
 Compellat senior, placidaq; hæc uoce profatur.
 Dicite pastores (neq; enim sine numine, credo,
 Tam certum tenuistis iter) cui tanta paratis
 Munera? cui uirides ramis frondentibus umbras
 Texistis? an' ne aliquis superũ patræ missus ab alto
 Has docuit sedes, locaq; hæc adcedere iussit?

Sic memorans, se se letum uenientibus offert.
 Illi autem noua per tenebras, noua lucis imago
 O' genitor, media uisa est modo lumina sylua
 Spargere, & in nostras diffundere gaudia mentis,
 Sive Deus caelo ueniens, seu forte deorum
 Nūtius, in dubio est, nos uultū, habitumq; loquētis
 Vidimus, & motas per noctem audiuius alas.
 Sic sati, iungunt dextras, mox ordine longo
 Antrum introgressi, calathis syluestria plenis
 Dona ferunt, matrem & leto simul ore salutant.
 Tum puero adstantes Lycidas, & maximus Aegon
 Aegon, Getulis centum cui pasoua campis,
 Centeni per rura greges Massyla uagantur,
 Ipse caput latē, qua Bagrada, qua uagus errat
 Triton, Cinyphiae qua deuoluuntur arenae
 Ingens agricolis, in gens pastoribus Aegon.
 At Lycidas nix urbe sua, nix colle propinquo
 Cognitus, equoreas carmen deflexit ad undas,
 Et tamen hi non uoce pares, non uiribus æquis
 Inter adorantum choreas, plaususq; deorum
 Russica septena modulantur carmina canna.
 Hoc erat alme puer, patrijs quod noster in antris
 Tityrus adtritæ spreuit rude carmen auenæ.

Et cecinit dignas Romano Consule syluas.
 Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas,
 Magna per exactos renouantur sæcula cursus.
 Scilicet hæc Virgo, hæc sunt Saturnia regna,
 Hæc noua progenies caelo descendit ab alto.
 Progenies, per quam toto gens aurca mundo
 Surget, & in medijs palmis florebit aristis.
 Qua duce, si qua manent sceleris uestigia nostri.
 Irrita perpeua soluent formidine terras,
 Et uetitum magni pandetur lumen olympi.
 Occidet & serpens, miseros quæ prima parentes
 Elusit, portentificis imbuta uenenis.
 Tū ne deum uitam accipies? diuisq; uidebis
 Permissos heros, & ipse uideberis illis?
 Pacatumq; reges patrijs uirtutibus orbem?
 Adspice felici diffusum lumine caelum,
 Camposq; fluuiosq; ipsasq; in montibus herbas,
 Adspice uenturo letentur ut omnia sæclo
 Ipse lacte domum referent distantia capellæ
 Vbera, nec magnos metuent armenta leones,
 Agnaq; per gladios ibit securâ nocentis,
 Bisq; superfusos seruabit tincta rubores.
 Interea tibi parue puer munuscula prima

Contingent eder æq̄, intermixtq̄, corymbi,
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,
 Et duræ quercus sudabunt roscida mella,
 Mella dabunt quercus, omnis feret omnia tellus.
 At postquam firmata uirum te fecerit ætas,
 Et tua iam totum notescent facta per orbem,
 Alter erit tum Tiphys, & altera que uehat Argo
 Delectos Heroas, erunt etiam altera bella,
 Atq; in gens Stygias itis prædator ad undas.
 Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
 Chara dei soboles, magnum cæli incrementum,
 Talia dum referunt pastores, auia longe
 Responsant nemora, & uoces ad sydera iactant
 Intonsi montes, ipse per confraga rupes,
 Ipsa sonant arbuta, Deus, deus ille Menalca.
 Hic subito magnum uisi per inane uolatus
 Coelestum, cursusq; alacres, alacresq; recursus,
 Audit æq; procul uoces, sonitusq; rotarum,
 Scilicet innocuis per sudum exercitus armis
 Ibat ouans, diuisæ acies, terna agmina ternis
 Instructa ordinibus belli simulacra ciebant.
 Ter clypeis iam cedentes inuadere nubeis
 Aspiceres, uacuas ter mittere tela per auras,

Ter clamare ducem, mox distita cogere signa,
 Atq; unam lætæ faciem præferre phalangis,
 Rursus & aërios percurrere milite campos.
 Semotosq; alios constanti incedere passu
 Nubila per, latasq; uias, & iungere nexu
 Brachia, perpetuis quatientes motibus alas,
 Gestantesq; manu nostræ argumenta salutis
 Spinassq; clausosq; horrenti & uimine fasceis,
 Hæsuramq; hastam lateri, medicataq; felle
 Pocula, sublimemq; crucem, immanemq; colūna.
 Ibant, & dulci mulcebant æthera cantu.
 Innumeras alij laudes, & magna parentis
 Facta canunt, ut prima noui fundauerit orbis
 Mœnia, telluremq; uagis disculserit undis.
 Ut passim uarios cælo suspenderit ignes,
 Lunamq; stellasq; ut magni lumina Solis
 Iam lætæ extremo tenebris oriente fugatis
 Protulerit. Tu belli geras metuende cohortes
 Dejicis, exturbasq; polo, tu fulmine quassas
 Cum duce signa suo, nigrosq; inuoluis Auerno,
 Cocytumq; iubes, tristisq; habitare lacunas.
 Ter gemini cecinere axes, te maxima tellus
 Victorem, cecinit uastis cum fluctibus equor.



DE PARTV VIRG.

Nec te hominum fraudes, non auertere nefanda
 Crimina, sed leto spectas mortalia uultu,
 Dignataſq; tuo ſolaris numine terras.
 Salue magne opifex cœli, rex maxime diuūm,
 Terrarumq; hoīumq; ſalus, quē ſydera, quē Sol,
 Quē metuūt reges tenebrarū, & Tartar⁹ ingens,
 Cui latē humanum ſeruit genus, omnia ſolus
 Qui regis, omnia amas pariter tibi nomina mille,
 Mille poteſtatum, regnorum in ſignia mille.
 Salue author, ſalue immenſi dominator olympi,
 Et nobis ſœlix, terrisq; labantibus ad ſis,
 Ingeminant plauſum nu' es, lateq; per auras
 Diſeurſat uox, & cœli conuexa reſultant.
 Herboſo tum forte toro, undiſoniſq; ſub antris
 Venturas tacito uoluebat pectore ſortis
 Cœruleus Rex, humentum generator aquarum
 Iordanes, quem iuxta hilarī ſamulantia uultu
 Agmina denſentur natæ, pulcherrima Glauce,
 Dotq; , Protoq; , Galenaq; , Lamprothoq; ,
 Nudæ humero, nudis diſcinta ueste papillis,
 Callyroc, Byroq; , Pheruſeq; , Dinamenaq; ,
 Aſphaltisq; , adſueta leues fluitare per undas,
 Ipſaq; odoratis perſuſa liquoribus Anthiſ,


Anthiſ, qua non ulla nouos miſcere colores
 Doctior, aut piclis caput exornare coronis.
 Mox Hyale, atq; Thoc, & uultu nitidiſſima Crene,
 Gongiſteq; , Rhoeq; , & candida Linnoria.
 Et Dryope, & uirides Botane reſoluta capillos.
 Ore omnes formosæ, albis in uestibus omnes,
 Omnes puniccis cinctæ crura cotburnis.
 Ipſe antro medius, pronaq; adclinis in urna
 Fundit aquas, nitet urna nouis uariata figuris
 Cryſtallo ex alba, & puro perlucida uitro
 Egregium decus, & ſuperum mirabile donum.
 Umbroſis hic ſylua comis, denſiſq; uirebat
 Arboribus. Cerui paſſim, capreaq; ſugaces
 Aëſtiuum uiridi captabant frigus in umbra.
 In medio, auratis eſfulgens fluctibus amnis
 Errabat campo, & carſu leta arua ſecabat.
 Hic iuuenis fuluis uelatus corpora ſetis
 Stans celſo in ſcopulo, regem, dominumq; , deorum
 Vorticibus rapidis, medioq; in fonte lauabat.
 At uiridi in ripa lecti de more miniſtri
 Subcincti expectant, proniſq; in flumina palmis
 Protendunt niucas cœleſtia lintea uestes.
 Ipſe pater cœlo latē manifeſta ſerena



DE PARTV VIRG.

Signa dabit, natoq; leuem per inane columbam
 Insignem radijs mittebat, & igne corusco.
 Adtonite circum uenerantur numina nymphæ,
 Et fluiuis refugas ad fontem conuocat undas.
 Talia celata genitor dum spectat in urna
 Fatorum ignarus, oculosq; ad singula uoluit
 Admirans, uidet insolitos erumpere fontis,
 In gentemq; undare domum, caua q; antra repleri
 Fluëlibus, atq; nouum latices sumpsisse saporem.
 Dumq; heret, pauit atq; simul, dum subleuat undis
 Muscosum caput, & taurino cornua uultu,
 Adspicit insuetas late florescere ripas,
 Claratq; per densas discurrere lumina syluas
 Pastorum ludo, & letos ad sydera cantus
 Diuinusq; audit uoces, & numina passim
 Aduenisse deum testantia. protinus ambas
 Ad cœlum palmas hilaris cum uoce tetendit.
 O' maris, o' terræ, diuumq; hominumq; rector,
 Quis tua uel magno decreta incognita cœlo
 Detulit huc audax, medijsq; abscondit in undis?
 Ipse mihi hæc quondam (memini) dum talia mecum
 Sepe agitat, repetitq; uolens narrare solebat
 Cæruleus Proteus, mendax si cætera Proteus,

Non tamen hoc uanas effudit carmine uoces.
 Adueniet tibi Iordanes properantibus annis,
 Adueniet, mihi crede, inquit. certissima cœlum
 Signa dedit, nec me delusum oracula fallunt,
 Qui te olim Nili supra septemplicis ortus,
 Supra Indū, & Gangen, fontemq; binominis Istri
 Adtollet fama. qui te Tyberi q; Padog;
 Præfert, atq; tuos astris æquabit honores.
 Cuius in aduentu tristes discedere morbi
 Corporibus passim incipient. iam uicta repente
 Cessabit, turpis squamas, maculasq; remittet
 Dira lues, lacerosq; Elephas effusus in artus
 Ulcera sanguineo sistet manantia tabo,
 Quin & lethales (dictu mirabile) febres
 Diffugient iussæ, possessa q; membra relinquent,
 Cedet & infestæ uiolentior ira Diane,
 Ira nocens, quæ fulminea uelut icla ruina
 Corpora cum gemitu ad terrâ prosternit, & igni
 Interdum, nunc perdere aqua (misericabile uisu)
 Festinat. Stygio nimirum armata ueneno
 Exuperat uis, & spumas agit ore tumentis.
 Nec iam ultra longo uires minuente ueterno
 Tabificus per opta impune uagabitur, hydrops



DE PARTV VIRG.

Exitio obrepens miserorum, atq; omnia late
Viscera per uarios perdet tumefacta dolores:
Non alias uincte tam crebra silentia lingue
Abrumpent, noctem aut toties, tenebrasq; priores
Excitent oculi, qui nunquam sydera, nunquam
Ardentem magni uiderunt lampada Solis.
Multa quidem maiora fide, sed uera, sed ipsos
Que teneant spectantū oculos, possum ore referre,
Sed propero, uentura tamen mirabitur etas.
Cernere erit, claudos passim genua agra trabente s
Firmato subitō extendere poplite gressus.
Tum neruis labefacta, diuq; tremencia membra
(Quis credat, nisi certa meus mihi cantet Apollo?)
Restringeri, & ualidas cum robore sumere uires.
Atq; alius raptō iussus consurgere lecto
Haud mora, prosiliet, passuq; in templa citato
Contendens, onus ipse humeris portabit. ibi in gens
Clamor, & innumera circum donaria uoces
Spectantis populi, & rerum nouitate pauentis.
Parte alia extinctam penitus, sensuq; carentem
Ad sua iam cernes reuocari munera dextram.
Nec minus & tacta compesti ueste cruorem
Fœmineum, exanguisq; artus, pallentiaq; ora

LIB. III.

30

Ilicet obstructis calefacta rubescere uenis.
Ipsas quin etiam furias sub Tartara pelli
Immanes Erebi furias, tum fessa leuari
Pectora, uexatosq; malis cruciatibus artus,
Hinc uacuas late impleri stridoribus auras
Dirarum frustra clamantium, ac seua trementum
Verbera, perq; cauas conantum euadere mubeis.
Iam deploratis uitam post funera reddi
Corporibus uideo, iam moestam incedere pōpam,
Feralemq; anteire tubam. mox gaudia matrum
Insperata, patrumq; hilares uerso ordine fletus,
Et circumfusam populis letantibus urbem.
Huic tu mutantis quoties ad surgere montes
Et (mirum) insuctas curuare cacumina syluas
Adspicies, quoties humenti in gramine ripæ
Aut solantem æstus, aut lenes pectore somnos
Carpentem, tenui ad suescens mulcere susurro.
Macte tuis merito ripis, macte omnibus undis,
Ad te deposito properabunt numina fastu,
Nudabuntq; sacros artus, & carmina dicent
Ad numerum, cum tu foelix iam flumine sancto
Authorem rerum, diuumq; hominumq; parentem
(Tantus honos, laus tanta tuo Rex maxime fonti)

Exutum ueste accipies, atq; hospite tanto
 Ad tonitus, trepidas hortabere uoce Napæas.
 Ite citæ, date thura piæ adolenda per atras
 Cæruleæ comites, uiridique sedilia musco
 Instruite, et uitreis suspendite ferta columnis.
 Purpureas miscete rosas, miscete Hyacinthos,
 Liliaque, et pulchro regem conspergite nimbo.
 Tunc nomen latè clarum Iordanis ad auras
 Ad tollent montes, Iordanen maxima circum
 Aequora, Iordanen siluæque, amnesque sonabunt.
 Illa autem humanis quamuis latura ruinis
 Auxilium, finemque dies, gratissima quamuis
 Urbibus adueniat, totumque optanda per orbem,
 Fluminibus tamen, et nostris felicitior undis
 (Si qua fides, si qua est ueri prudentia Proteo)
 Ostendet roseos stellis ridentibus ortus.
 Quandoquidem non diuitias, non queret honores
 Ille patris decus, ac uirtus, mortalia postquam
 Membra sibi, et fragiles iam spòte induxerit artus,
 Non sceptrum inuadet Cypri, non Caspia regna
 Diripiet, non exuuijs Babylona superbam
 Eruet, aut alto scandet Capitolia curru
 Militibus circum, et læto comitante senatu.

Sed maris undisoni tractus, et littora longe
 Curua secans, media socios sibi queret in acta,
 Dispersosque mari nauitas, nudosque colonos
 Undarum, sinuosa fretis iactare parantes
 Retia, uexatas aut iam reparare sagenas
 Sollicitos, patris ad solium, ac sua tecla uocabit.
 Atque ollis ius omne, potestatemque medendi
 Adiciet, pellent morbos, dentibusque retundent
 Vipereos, Orcique acies, ac monstra su gabunt.
 Quin et custodes foribus radiantis olympi
 Praesciet seruare aditus, et claustra iubebit
 Auræ, queis non ulla queat uis saeva nocere
 Eumenidum, durique umbrarum obsistere postes.
 Tum sedes passim emeritis duodena per astra
 Instituet, distincta suos de more sequetur
 Turba duces illi leges, et sancta uocatis
 Iura dabunt, plausu sociorum, atque agmine læti.
 Felices, qui iam cymba, remisque relictis
 Alta serenati conscendent culmina cœli.
 Præterea (si certa fides, nec uana futuri
 Gaudia) cognatas etiam spectabimus undas
 Leneos uerti in latices. ea prima deum Rex
 Arcana, bos primos per signa ostendet honores

Accepta late imperij, mirabitur auctus
 Lympha suos, iussa in suctum spumare capaces
 Per pateras, laræq; nouum diffundere nectar.
 Et mensas hilarare, & felices hymenæos.
 Nec semel ille altum remis euectus in æquor,
 Cum iam frustrato socios rediisse labore
 Accipiet, prædam in genit dabit, & uidos
 Squami gerum strata cumulos exponet in alga.
 Iratos etiam fluctus, tumidasq; procellas,
 Miscensq; imo turbatam gurgite arenam,
 Iamq; supericcto mensuras æquore puppim
 Imperio premet increpitans, cadet arduus undæ
 Impetus, atq; audisse minantis iussa putares
 Eurosq;, Zephyrosq;, & ouanteis turbine Coros:
 Quid loquar, ut gemino numerosas pisce cætuas,
 Munere & exiguo Cereris, miserabile uulgus
 Matres atq; uiros pariter per gramina pascet,
 Vt iam bis senis redeant fragmenta canistris?
 Aut intempesta gradiens ut nocte per altum
 Libera substrato ponet negliã ponto,
 Vixq; undas sicco tanget pede? scilicet olli
 Adnabunt blandæ Nereides, humida passim
 Sternent se freta, tum fundo Neptunus ab imo

Excitus, agnoscet dominum, positosq; tridente
 Cum Phorco, Glaucosq;, & semifero comitate
 Profiliet, trepidusq; sacris dabit oscula plantis.
 Sed quid ego exili uictus super alta phaselo
 Cuncta sequor memorans? non si Parnasia Muse
 Antra mihi, sacrosq; aditus, atq; aurea pandant
 Limina, sufficiam, non si mihi ferrea centum
 Ora sonent, centumq; ærato è gutture lingue
 Vocibus expument agitantem pectora Phœbum,
 Laudatos ualeam uenturi principis actus
 Enumerare, nouosq; amplecti singula cantu.
 Hæc senior quondam felici pectore Protheus
 Vaticanans (ut forte meo diuerterat antro)
 Præmonuit, nunc euentus stat signa futuri
 Expectare, mitior roseo sed fulsit ab ortu
 Clarior, & radijs dux præuia matutinis
 Oceani procul extremo se littore tollit
 Exoriens Aurora, sinusq; induta rubentis
 Ante diem citat auricomos ad frena iugales.
 Et iam consuetis tempus me currere ripis
 Vndantem, magnosq; lacus, & prata secantem
 Vorticibus uident, ut nostros agit impetus amnes?
 Iordanenq; uocat tumidarum murmur aquarum?

Sic satis, confestim humeris circumdat amictus
 Infolitos, quos pulchrae udis neuere sub antris
 Naiades, molli ducentes stamina musco,
 Sidonioq; rudeis saturantes murice telas,
 Aurea consperso uariarunt sydera limbo,
 Atq; ita se tandem currenti reddidit alueo
 Spumeus, & motas aspergine miscuit undas.
 Hactenus o Superi partus tentasse uenerendos
 Sit satis, optatam poscit me dulcis ad umbram
 Pausilypus, poscunt Neptunia littora, & udi
 Tritones, Nereusq; senex, Panopéq; Ephyre
 Et Melite, quæq; in primis mihi grata ministrat
 Ocia, Musarumq; cauas per saxa latebras
 Mergillina, nouos fundunt ubi citria flores,
 Citria Medorum sacros referentia lucos,
 Et mihi non solita necit de fronde coronam.

FINIS.

SANNAZARII DE MORTE
 CHRISTI DOMINI
 AD MORTALES LA-
 MENTATIO.



I quando magnum mirati surge
 gere Solem
 Oceano, & toto flammas dis-
 fundere coelo,
 Certatimq; suo terras ambire
 meatu

Noctiuagam Phœben præcinctam cornib9 aureis,
 Aeternosq; astrorum ignes, coeliq; micantes
 Scintillare oculos, aliquem dare iura putastis,
 Atq; polo regnare hominum, rerumq; parentem,
 Cui mare, cui tellus, cui pareat arduus æther,
 Cuncta supercilio qui temperet, hunc simul egrî
 Mortales, (si uestra dolor præcordia tangit,)

Adspicite, immitti traiectum pectora ferro,
 Pectora, sædatisq; manus, perfusaq; tabo
 Ora, cruentatumq; caput, crinesq; reuulsos

E

LAMENTATIO

Adspicite & plenos lachrymarum fundite riuos.
 Heu scelus, heu crudele nefas, iacet altus olympi
 Rector, & amisso torpent elementa magistro.
 Quinetiam uacuum adfuetu sine pondere caelum
 Nutat, & ipsa suum quaerunt solia aurea regem.
 Quem diuersa procul seuo cum crimine tellus
 Ignotum populis caput, & miserabile corpus
 Sustinet, exanguesq; sinu complectitur artus,
 Et tremefacta, graues testatur murmure questus.
 Testatur Sol ipse suum sub nube dolorem
 Iam latitans, atraq; notans ferrugine frontem.
 Tu quoq; deformesq; genas, pallentiaq; ora
 Contegis, inferiasq; tuo das Luna Tonanti,
 Auratum flauo ton lens de uertice crinem,
 Et lachrymas uida fundens in nocte tepenteis.
 Nec minus abruptis fama est exisse sepulchris,
 Perq; uias errasse nouis simulachra figuris,
 Excitasq; umbras, medias ululasse per urbes
 Sub noctem, & notos questus impleuisse penates.
 Quid non & pelagi rabies ad tollere fluctus
 Immanes uisa est? monteisq; euoluere aquarum
 Deiectura urbes, terrasq; haustura profundo?
 Cum simul & caput undisonis emersus ab antris

DE MORTE CHRISTI 34

Ceruleus Triton rauco super equora cornu
 Constreperet, nautasq; horrenda uoce moneret,
 Natura cecidisse patrem, regemq;, deumq;.
 He ne manus uasli iunxerunt foedera mundi?
 Haru opus est quodcuq; iacet, quodcuq; mouetur,
 Quicquid ubiq; parens rerum Natura gubernat,
 Frugiferens tellus, foetumq; animantibus equor,
 Vitalisq; aer, atq; ignibus astra coruscis.
 Et nunc (pro facinus quantum potuere nocentum
 Flagitia) immisissis dant peruia uulnera clauis.
 Liuentisq; atro foedant squalore lacertos.
 Heu caput indignum spinis, uenerandaq; caelo
 Et toties clara stellarum implexa corona
 Caesaries, heu pectus hians, conuulsaq; dira
 Barba manu, tumsq; artus, & frigida membra.
 Vos ne pedes caelum premere, & uaga sidera sueti,
 Fulgentesq; domos, superum sublimia tecta,
 Tam seue immanes perpassi cuspidis ictus
 Et terram, & duras sparsistis sanguine cauteis?
 Nec trepidat mens caeca hominu? quae tanta tenaci
 Durities in corde riget? num nigra uidetis
 Tartara, tot claris hominum uiduata trophaeis,
 Desertaq; in nocte domos, & tristia regnae

Foelicesq; animas letum Paena canentes
 Pone sequi regem, & coelo inscuisse sereno?
 Quid si non tantos subijisset sponte labores,
 Humanamq; sua pensasset morte salutem
 Ille sator rerum, & summi mens certa parentis,
 Qui nutu ingentes mundi moderatur habenas?
 Ut tandem intactos picea Phlegethontis ab unda
 Post obitum aeternae donaret munere lucis,
 In partemq; suorum operum, regniq; uocaret,
 Tantus amor, generis seruandi & gloria nostri
 Quare agite, ex animis mortales pellite uestris
 Siquid adhuc manet antiqua de sorde relictum,
 Mendacesq; deos, & detestanda priorum
 Sacra prophanatis tandem detrudite ab aris.
 Imbuat effuso terram nec sanguine taurus,
 Nec miser ille suae diuulsus ab ubere matris
 Ignotos agnus balet super hostia cultroes.
 Vinat ouis, uinat quicquid sub sole creatum est,
 Mentem animumq; deo, non thura, aut exta parate,
 Has illi pecudum fibras, haec reddite dona.
 Cernitis ut primum flectat caput? ut pia pandat
 Brachia? & ingratas uocet ad sua uulnera gentes?
 Oblitasq; uiae moneat meminisse relictæ,

Scilicet amplexus non reiecturus amicos?
 At uos obtusas ignari auertitis aures,
 Infoelix genus, & seuae ludibria mortis,
 Nec quanta à tergo iam insistent tormenta, uidetis.
 Tempus erit, cum uestra illum commissa notantè,
 Multantemq; reos, altaq; in nube sedentem
 Adspicietis, & horrentes tremor opprimit artus.
 Nec iam ferre oculos flammaram ardore coruscòs,
 Aut tumidos acie uultus contendere contra
 Audebit quisquam sibi conscius ibit in ignes
 Turba nocens, fontesq; exsoluet corpore pœnas.
 Pallentesq; æternum amnes, uastasq; lacunas
 Cocyti colet, & furias horrescet hiantes.
 Atq; animum monitis non intendisse pigebit.
 Tunc uos exacte capient mala tecta uita
 Expertes coeli, atq; auræ sub nocte profunda,
 Inq; caput trifidos nequicquam optabitis ignes,
 Et frustra erectas tolletis ad æthera palmas.
 Quos superum coetus, & fortunata piorum
 Agmina, uix lachrymis poterunt spectare retētis
 Inuidiæ stimulis, dirisq; ultricibus actos.
 Ergo uitales miseri dum carpitis auras,
 Dum compos mēs ipsa sui est, dum certa facultas,

Dum ratio, tempusq; sinunt, simul ite frequentes,
Ite pui, ueniam factis exposcite uestris,
Ite animos purgate, Orciq; inhibete rapinas,
Et tandem patrio mentem conuertite coelo.
Sic rex ille hominum uacui spoliator Auerni
Oblitus scelerum, cognate stirpis amore,
Promissiq; memor, mentis intrabit amicas,
Vestraq; post habitis recolet praeordia templis.
Postq; tot exhaustos uitaeq; obitusq; labores,
Illo quo pluias, quo pellit nubila uultu
Ablutos labe excipiet, letusq; reponet
Sydereos inter proceres, sanctumq; senatum,
Sub pedibusq; dabit stellantia cernere claustra.

¶ FINIS.

ACTII SYNCERI.

SANNAZARII PISCATORIA.

ECLOGA PRIMA

PHYLLIS.

Lycidas. Mycon.

Ly.




Trabar, uicina Mycon per
litora nuper
Dū uagor, expectoq; leucis
ad pabula Thynnos,
Quid tātū insuetū streperet
michi coruus, et undae

Per scopulos passim fulicae, perq; antra repostae
Tristia flebilibus complerent saxa querelis.
Cum iam nec curuus resiliaret ab equore delphini,
Nec solitos de more choros induceret undis,
Ecce dies aderat, charam qua Phyllida terrae
Condidimus, tumuloq; pijs desleinimus umbras
Ab miseri, et post hac nec tristes linquimus auras
Nec dubitat se uis solatia ferre Pylemon.
My. Scilicet id fuerat tota quod nocte uaganti
Huc illuc, dum Pausilypi latus omne pererro,
Piscosamq; lego celeri Nesida phaselo,
Nescio quid queruli generet lachrymabile mergi.
Phyllis ad inferias, Phyllis (si credimus) illos
Ad gemitū ò Lycida, tumuliq; ad sacra uocabat.
Ly. Eheu chare Mycon qualis spectacula popo

E iiii

(Nūc reco) quas ipse man⁹, quæ eū ora notauī
 His oculis. his inquam oculis quæ funera uidi
 Infelix. nec me tandem dolor improbus egit
 In scopulos, in saxa, rogo ne absumpsit eodem
 Ignea uis, uel saltem aliquis deus æquore mer sit.
 My. O Lycida/Lycida, nonne hoc foelicius illi
 Euenisse putas? quàm si fumosa Lycotæ
 Antra, uel hirsuti te getem subuisset Amyntæ?
 Et nunc heu uiles hamo sibi quereret escas,
 Aut tenui laceras sarciret uimine nassas,
 Sed tu, siquid habes ueteres quod lugeat ignes,
 Quod manes, cineresq; diu testetur amatos,
 Incipe, quandoquidem molles tibi litus arenas
 Sternit, & insani posuerunt murmura fluctus.
 Ly. Immo hæc, quæ cineri nup̄ properata parabā
 Carmina, ab extremo cum iam caua litora portu
 Prospicerem, & niuei uenerarer saxa sepulchri,
 Incipiam. tu coniferas ad busta cupressus
 Sparge manu, & uiridi tumulū sup̄ intege myrto.
 My. En tibi cærulei muscū æquoris, en tibi cōchas
 Purpureas, nec non toto quæsita profundo,
 Et uix ex imis euulsa coralia saxis.
 Adferimus. tu solemnes nunc incipe cantus,

Incipe, dum ad solem Baianus retia Milcon
 Explicat, & madidos componit in orbe rudentes.
 Ly. Quos mihi nūc diuæ scopulos, q̄ pādītis antra
 Nereides? quas tu secreti litoris herbas
 Glauce pater, quæ mōstriferis mihi gramina succis
 Ostendes nunc Glauce? quibus tellure relicta
 Ab miser, & liquidus factus nouus incola ponti
 Te sequar in medios mutato corpore fluctus,
 Et feriam bifida spumantia marmo a cauda,
 Nam quid ego heu solis uitam sine Phyllide terris
 Exoptem miser? aut quid nam rapta mihi luce
 Dulce putem? quidūe hic sperē? qd̄ id̄ morer ultra
 Infelix? an ut hac uili proiectus in alga
 Arenteis tantum frutices, desertaq; cernam
 Litora, & ingrato iactem mea uerba sepulchro?
 Scilicet hos thalamos, hoc foelices Hymenæos
 Concelebrem? sic speratæ mihi gaudia tedæ
 Dat Venus? ambiguos sic dat Lucina timores?
 Quis mihi quis te rapuit dulcissima Phylli?
 Phyllimæ quondam requies, spesq; unica uite,
 Nunc dolor, æternusq; imo sub pectore luctus.
 Non licuit tecum optatos coniungere somnos
 Dulcia nec primæ decerpere dona iuuenta,



Aut simul extremos uitam producere in annos.
 Nūc te (q̄s credat) lapis hic hēt, & mihi nusquā es
 Nusquam terrarum Phyllis. sed fabula, & umbræ
 Frustrantur miseras per dira insomnia noctes,
 Me miserum, qua te tandem regione requiram?
 Quæue sequar? per te quondā mihi terra placebat,
 Et populi, lætæq̄ suis cum mœnibus urbes,
 Nunc iuuat immensi fines lustrare profundi,
 Per q̄s procellosas errare licentius undas
 Tritonum immistum turbis, scopulosaq̄ Cete
 Inter, & informes horrenti corpore Phocas,
 Quo nunquā terras uideam. iam iam illa tot annis
 Culta mihi tellus, populiq̄, urbes q̄s ualete,
 Litora chara ualete, uale simul optima Phylli.
 Nos tibi, nos liquidis septem pro fluctibus aras
 Ponemus, septem q̄s tibi de more quot annis
 Mōstra maris magni uitulos mactabimus hirtos,
 Et tibi septenis pendebunt ostrea fertis,
 Ostrea muricibus uariata, albis q̄s lapillis.
 Hic tibi Nisæe, & flauos resoluta capillos
 Cymodoce, mitis q̄s pia cum matre Palemon.
 Et Panope, & Siculi custos Galatæa profundi
 Solemnes nectent choreas, & carmina dicent,

Quæ Proteus quondam diuino pectore uates
 Edocuit, magni cum funera fletet Achillis,
 Et Tbetidis luctus consolaretur amaros.
 At tu, sine altum foelix colis æthera, seu iam
 Elysos inter manes, cætusq̄, uerendos
 Lethæos sequeris per stagna liquentia pisces,
 Seu legis æterno formoso pollice flores
 Narcissumq̄, crocumq̄, & uiuaceis amarantibos,
 Et uiolis teneras misces pallentibus algas,
 Adspice nos, mitisq̄, ueni. tu nomen aquarum
 Semper eris, semper lætum piscantibus omen.
 Vt Nymphis, Nereoq̄, ut flauicomæ Amphitritæ,
 Sic tibi uictrices fundent libamina cymbæ.
 Interea tumulo supremum hoc accipe carmen,
 Carmen, quod tenui dum nectit arundine linum
 Piscator legat, & scopulo suspiret ab alto.
 Ingremio Phyllis recubat Sirenis amatæ,
 Consurgis gemino foelix Sebethe sepulchro.
 My. Dulce sonāt lycida tua carmina, nec mihi malè
 Halcyonum lamenta, aut udo in gramine ripe
 Propter aquam dulces cynorum audire querelas.
 Sed tu, sic faciles uicina Megaria semper
 Sufficiat conchas, sic proxima Mergilline

Ostrea, saxosæq; ferat tibi rupis echinos,
 Quâdoquidem nox obscuras iam distulit umbras,
 Nec dum permensus cœlum Sol. incipe rursus
 Atq; itera mihi carmen, habent iterata leporem
 Ly. Ne miserū ne coge Mycon, sat lumina, sat iā
 Exhauste maduere genæ. dolor aspice) siccas
 Obduxit fauces, quatit & singultibus inum
 Pectus, anbelantemq; animam uox ægra relinquit.
 Et tamen hæc alias tibi nos, & plura canemus,
 Fortasse & meliora, aderit si Musa canenti.
 Quin & ueliferis olim hæc spectanda carinis
 Seu Prochytae, seu Miseni sub rupe patenti
 Inscribam, grandeisq; notas ferrugine ducam.
 Præteriens quas nauita mari percurrat ab alto,
 Et dicat. Lycidas/Lycidas hæc carmina fecit.
 Sed quoniam socij passim per litus ouantes
 Expectant, poscuntq; tuas ad retia uires,
 Eia age iam surgamus. ego hæc ad busta sedebo.
 Tu socios inuise, escas nam quærere tempus.
 Et tibi nunc uacuae fluitant sine pondere nassæ.

ÆGLOGA. II.

GALATEA.



Orte Lycon uacuo fessus confes-
 derat antro
 Piscator, qua se scopuli de uero
 tice, lato
 Ostentat pelago pulcherrima
 Mergilline.

Dumq; alij, notosq; sinus, piscosaq; circum
 Aequora collustrant flammis, aut linea longe
 Retia, captiuosq; trahunt ad litora pisces
 Ipse per obscuram meditatur carmina noctem.
 Immitis Galatea, nihil te munera tandem,
 Nil nostræ mouere preces? uerba irrita uentis
 Fudimus, & uanas scopulis impigimus undas.
 Adspice, cuncta silent, Orcas & maxima Cete
 Somnus habet, tacite recubant per litora Phocæ,
 Nō Zephyri strepit aura, sopor suꝝ humida mulcet
 Aequora, sopito conuiuent sydera cœlo.
 Solus ego (hei misero) dum tristi pectore questus
 Noctæ itero, somnū tota de mente fugauī,
 Nec tamen ulla meæ tangit te cura salutis.
 At non Proxinoe me quondam, non Polybotæ
 Filia despexit, non diuitis uxor Amyntæ.
 Quamuis culta sinu, quamuis foret alba papillis.

Quinetiam Aenaria (si quicquam credis) ab alta
 Sæpe uocor, solet ipsa meas laudare camœnas
 In primis formosa Hyale, cui sanguis Iberis
 Clarus auis, cui tot terræ, tot litora parent,
 Quæq; nel in medijs Neptunum torreat undis.
 Sed mihi quid profunt hæc omnia, si tibi tantum
 (Quis credat Galatea ?) tibi si deniq; tantum
 Displiceo ? si tu nostram crudelis auenam
 Sola fugis ? sola & nostros contemnis amores ?
 Ostrea Miseni pendentibus eruta saxis
 Mille tibi misi, totidem sub gur gite uasto
 Pausilypus, totidem uitreis Euploea sub undis
 Seruat adhuc plures Nesis mihi seruat echinos;
 Quos nec uere nouo folijs lentiscus amaris
 Inficit, aut uacuae tenuant dispendia Lune.
 Præterea mihi sub pelago manus apta legendis
 Muricibus, didici Tyrios cognoscere succos,
 Quòq; modo plena durent concubilia testa.
 Quid refugis ? tingenda tibi iam lana paratur,
 Qua niteas, superesq; alias Galatea puellas.
 Lana maris spumis quæ mollior, hanc mihi pastor
 Ipse olim, dedit hanc pastor Meliseus, ab alta
 Cum me forte senex audisset rupe canentem,

Et dixit, puer ista tuæ sint præmia Muse,
 Quando quidem nostra cecinisti primus in acta.
 Ex illo in calathis seruauit, ut mittere possem:
 Sed tu (nequa mihi superet spes, nequa futuri
 Conditio Galatea) manum mihi dura negasti
 Hoc est, hoc, miserum quod perdidit, ite camœne
 Ite procul, spreuit nostras Galatea querelas.
 Scilicet (exigue uideor quod nauita cymbæ
 Quodq; leues hamos, nodosq; retia tracto)
 Despicias, an patrio non hoc quoq; litore Glaucus
 Ce. Fecerat? equoreæ Glauc? scrutator harenæ.
 Et nunc ille quidem tumidarum numen aquarum.
 Sed nec (quæ nimium uel me sic falsa fatigat)
 Fabula te moueat Lydæ licet illa puellis
 Iactet, nescio quas mihi se misisse corollas,
 Non me Lyda tamen, non impulit, equora testor,
 Nereidasq; omneis, si fallo, naufragus illas
 Experiar, salsosq; bibam sub gur gite fluctus.
 Heu quid agâ ? externas trans potû querere terras
 Iam pridem est animus, quo nunquã nauita, nunq;
 Piscator ueniat, fors illic nostra licebit
 Fata queri. Boreæ extremo damnata sub axe
 Stagna petam, & rigidis nūquã nõ cana pruinis?

An Libyæ rapidas, Austriq; tepentis harenas,
 Et uideam nigros populos, Solemq; propinquum?
 Quid loquor infelix? an non per saxa, per ignes
 Quo me cunq; pedes ducent, mens ægra sequetur?
 Vitantur uenti, pluuiæ uitantur, & æstus,
 Non uitatur amor. mecum tumuletur oportet.
 Iam saxo me/me ex illo demittere in undas
 Præcipitem iubet ipse furor. Vos o mihi Nymphæ.
 Vos maris undisoni Nymphæ, præstate cadenti
 Non duros obitus, seuasq; extinguere flammâs.
 Scilicet hæc olim, ueniens seu litore curuo
 Caietæ, seu Cumarum naualibus altis,
 Dum loca transibit, raucus de puppe magister
 Hortatus socios, dextrum deflectite, dicet,
 In latus o socij, dextras deflectite in undas,
 Vitemus scopulos infames morte Lyconis.
 Talia nequiquam surdas iactabat ad auras
 Infelix piscator, & irrita uota fouebat.
 Cum tandem extremo ueniens effulsit ab ortu
 Lucifer, & roseo perfudit lumine pontum.

ÆCLOGA. III.

C M O P S V S.

Celadon?

Celadon. Mopsus. Chromis. Iolas.

Ce.



Ic mihi (Nam Baulis, uo-
 rum si rettulit Aegon,
 Bis senos uos Mopse ches te
 nuere procellæ)
 Quid tu, quid Chromis inte-
 rea, quid uester Iolas,

Dum Notus insultat pelago, dñ murmurat unda,
 Ecquid desertis uacui lusistis in antris?
 Mop. Quid nræ facerent ingrata per ocia Musæ
 O' Celadon? neq; tum conchas impune licebat
 Per scopulos, non oclipedes tentare Paguros.
 Iam fragilem in sicco munibant saxa phaselum,
 Rarâq; per longos pendebant retia remos.
 Ante pedes cistæq; leues, hamiq; iacebant.
 Et calami, nassæq;, & uiminei labyrinthi.
 Tū Chromis Inarimen spectans, his inquit ab oris
 (Ab dirum exilium) nostræ soluere carinæ,
 Cum regem post bella suum comitata iuuentus
 Ignotis pelagi uitam committeret undis.
 Quæ tamen (ut fama est) Ligurū per saxa, p altas
 Stechadas emicuit. Rhodaniq; in uecta per amnem

(Nā bene si memim Rhodanū referēbat Amilcon)
 Oceanū machinās vidit resluentis harenas,
 Et quæ cæruleos procul adspicit ora Britannos.
 Quæ (nisi uana ferunt) quoties maris unda recedit,
 Indigenæ captant nudos per litora pisces.
 Ne Chromi, ne luctus renoua, respondit Iolas,
 Stat tuus hæc nobis Lucrini nuper ad undam
 Narrauit Lycabas. Solem se scilicet illic
 Trans fluctus, trans & nubes uidisse cadentem
 Haud aliter, quàm si nostris è montibus illum
 Gaietæ adspiceret longe post litora ferri,
 Nec strepitum sensisse ruentis ab æthere currus.
 Præterea mores populorum, urbesq;, locosq;
 Exposuit, quernasq; domos, & lignea tecta.
 Addidit & uarias (heu barbara nomina) gentes,
 Bellouacos, Morinosq;, & quos quis dicere possit
 Tarbellos? latis errare & flumina campis,
 Nescio quem Ligerim tectis se innasse carinis.
 Sed mea nunc aliæ possunt sibi pectora curæ.
 Tu modo, si quid habes (& te quoq; Chloridis ardor
 Exeruciat) scopulo hoc mecum meditare uicissim,
 Audiet, & gracilem percurrēt Mopsus auenam.
 Sic illi. ast ego nil contra, sed quæ mihi collo

Garrula pendebat, manibꝫ tūc sumpta cicuta est.
 Scilicet alternos conabar arundine uersus
 Excipere. alternis nam dicere uterq; parabat.
 Nec mora, iam Chromis hos, hos referēbat Iolas.
 Chr. Nereides pelagi sacrū genus, aut mihi uis
 Munera fertæ uadis, duram queis Chlorida placē,
 Aut, si muneribus flechi nequit, equore toto
 Querite, quæ nostrum sanet medicina furorem.
 Iol. Sirenes mea cura, audite hæc ultima uota.
 Aut renocet iam Nisa suum, nec spernat Iolam,
 Aut uideat morientem, hæc saxa impulsæ marinis
 Fluctibus, hæc misero uilis dabit alga sepulchrum.
 Chr. Qualis tràquillo quæ labitur equore cymba,
 Cum Zephyris summæ crispantur leniter undæ
 Tuta uolat, luditq; hilaris per transtra iuuetus,
 Talis uita mihi, mea dum me Chloris amabat.
 Iol. Adspicis, iratæ feriant ut saxa procelle,
 Ut ualidis imæ Coris turbentur harenæ,
 Iam scopulis furit unda, tremitt iā terra tumultu,
 Fallor, an hæc ipsa est Nisæ indignantis imago?
 Chr. O Proteu pastor ligdi maris, o pater, o rex,
 (Quandoquidem insanos odistis numina fastus)
 Quere Pethecusas tu, cui licet, atq; superba

Dic Hyale, falsum te pascere monstra per æquor.
 Iol. Ille habet, ille meos scopul⁹ mihi seruat amores,
 Qui propior terræ est, illum pete Glauce natatu,
 Nene manus duri contemnat Nisa mariti,
 Dic te squami geras traxisse ad litora prædas.
 Chr. Est Veneri Cypros gratissima, Creta Tonati
 Iunoniq; Samos, Vulcano maxima Lemnos,
 Aenariæ portus Hyale dum pulchra tenebit,
 Nec Samos Aenariam uincet, nec maxima Lemnos
 Iol. Gradiuus Rhodopen, & Mercurius Cyllenæ,
 Ortygiam Phoebe, Tritonia i. Etat Hymetton,
 Nisa colit Prochyten, Prochytes si comoda norint,
 Orygiam Phoebe, Tritonia linquat Hymetton.
 Chr. Hic spec⁹, hic rupes, texendiq; optima nassis
 Vimina sunt, iunci, densaq; per auia myrtus,
 Si mihi nunc Pholoe, uel tantum Chloris adesset,
 Quam bene pu gnaces possem contemnere uentos.
 Iol. Nulla mihi sine te ridet loca, displicet æquor,
 Sordet terra, leues odi cum retibus hamos.
 At si aderis tu Nisa, placebunt omnia, letus
 Tunc ego uel libycis degam piscator arenis.
 Chr. Dat Rhobos Simuessæ, Dicarchi litora pagros
 Herculeæ Mullum rupes, Synodontas Amalphis,

Parthenope teneris scatet ambitiosa puellis,
 Quis mihi nunc alias scrutari suadeat algas?
 Iol. In fluuijs Mugil uersatur, Sargus in herbis,
 Polypus in scopulis, medijs Melanurus in undis,
 Ante tuas mea Nisa fores ego semper oberro,
 Quæ mihi det tales iucundior insula portus?
 Mo. Hactenus o Celadon resonis sub rupib⁹ illos
 Inter se uario memini contendere cantu
 Horrida uentosi ridentes murmura ponti.
 Qui tamen & laudes, & munera digna tulere
 Carmimbus, sed quæ nequeat contemnere Triton.
 Hic, quam Circeio nudus sub gur gite cepi,
 Natiuis conchan maculis, & murice pictam,
 Ille recuruato nodosa Coralial truncos.

FERDINANDO FEDERI

CI REGIS. F. ARAGO.

NIO. CALABR.

DVCI.

ECLOGA. IIII.

F ij

PROTEVS



Vnc primum notas uelis maioribus undas
 Currimus o Nymphæ Craterides, ordine quando
 Suadet amor, charæ primos Teluridis honores

Dicere, cæruleæ magni Crateris alumna
 Telluris primos charæ dicamus honores,
 Dum radijs feruens medium Sol excoquit æquor:
 Tu uero patriæ Iuuenis decus, editæ coelo,
 Spes generis tanti, seu te nimboſa Pyrene
 Pro dulci Latio, pro noſtris detinet aruis,
 Seu uagus obiecto munimine claudit Iberus,
 Rumpemoras, nec te latis Hispania regnis
 Adliçiat, ſtirpisuæ tuæ primordia, & ille
 Gentis honos, licet effuſo Tagus impleat auro,
 Et pater Oceanus ſpumanti perluat unda.
 Nam mihi, nam tempus ueniet, cū reddita ſceptro
 Parthenope, fractosq; tua ſub cuſpide reges
 Ipſe canam. nunc litoream ne deſpice muſam.
 Quam tibi poſt ſyluas, poſt horrida luſtra Lycæi,
 (Si quid id eſt) ſalſas deduxi primus ad undas,
 Auſus in experta tentare pericula cymba,

Que uada non norunt, quis neſcit Protea portus?
 Illum olim ueteris paſcentem ad ſaxa Minercæ,
 Mulcentemq; ſuas diuino carmine Phocas,
 E puppi ſenſere Melanthius & Phraſidamus,
 Ut forte à Capreis obſcuro nocte redibant.
 Senſere & uario delphinas ludere curſu,
 Tritonumq; choris longe freta pulſa ſonare.
 Ipſe autem haud quaqua mortali digna referri
 Verba ſono, uacuas letus cantabat ad auras.
 Terrigena ut quondam matris de uentre Tiphoëus
 Exiliens, infanda deas ad bella uocaſſet.
 Ut fratrum primus, furijſ & hiantibus hydris
 Inſtructus, denſas ductauerit ipſe cateruas.
 Ut niſu ingenti partes de monte reuulſas
 Kenariam, Prochytenq; altis immiſerit aſtris,
 Ac totum ſubito cœlum tremefecerit ictu.
 Tum pater haud ſegni molitus fulmina dextra
 Immanes acies deiecerit, atq; trophæum
 Iuſſerit ardenteis teſtari ſulfure Baias,
 Quod gens uicta illis lauiffet uulneca lymphis.
 Hinc magni Alcide tauros, ſtratamq; profundæ
 Aggeribus memorat, ductamq; p oppida pompa.
 His ueteres addit Cumas, loca cognita Phœbo,

Vatis & horrendæ lucos, triuicæq; recessus,
 Cimeriumq; domos, & opaca in uallibus antra.
 Te quoq; formosæ captum Nefidos amore
 Pausilype irato compellat ab æquore questu.
 Ab miser, ab male caute, tuæ quid fata puellæ
 Adcleras? cupit in medio euadere fluctus
 Infelix, cupit in suetum finire dolorem.
 At tibi nec curæ est, quod eam Neptunia monstra
 Circumstent, mare nec rapido quod forbeat æstu.
 Ab miser, ab male caute, ultra quid brachia tendis?
 Siste gradum riget illa iugis adsueta iuuis
 Venatrix, quam mille feræ timuere sequentem
 Per saltus uos hanc Panope, uos candida Drymo,
 Cymothocq;, Rhoëq;, Pherusaq;, Dinameneq;,
 Accipite, & uestris sociam lustrate choreis.
 Tum canit antiquas sedes, opulentæq; regna
 Auricomæ Sirenis, & altum in monte sepulchrum.
 Sacraq;, Chalcidicoq; deos, magnisq; per æquor
 Auspicij uetas hæc ipsa ad litora classes.
 Tum liquidos fonteis subter caua moenia ducit,
 Ad tollitq; arces, & culmina montibus æquat
 Tectorum, uastas protendit in æquora moles,
 Eupleamq; procul trepidis dat cernere nautis,

Atq; Pharon uincat scopulos, præruptaq; saxa
 Theleboum, Sarniq; amnes, & pinguis culta.
 Tum canit, ut Corydona sacro Melisæus in antro
 Viderit, & calamos labris admonerit audax,
 Formosum quibus ille olim cantarat Alexin,
 Dixerat, & musam Damonis, & Alphefibœi.
 Quæis fretus, dictante Dea, tot sydera nobis
 Prodiderit, tantas cœli patefecerit oras.
 Quid referam aut Stabias, aut quæ tenuisse canoris
 Virginibus fama est abeuntes saxa carinas?
 Aut ut terrifici sonitus, ignemq; Vesui,
 Et desolatas passim defleuerit urbes?
 Postremo reges, regumq; ex ordine pugnas
 Enumerat, belliq; artes, & præmia narrat.
 Addit tristia fata, & te quem luget ademptum
 Italia infœlix (siue id grauis ira deorum,
 Seu fors dura tulit) trans altas euehit Alpes.
 Mox agit Oceani prope litora, deniq; sistit
 Spumantem ad Ligerim, paruaq; includit in urna.
 Heu sortem miserandam, heu pectora cæca futuri,
 Hæcine te fessum tellus extrema manebat
 Hospicij, post tot terræq; marisq; labores?
 Pone tamen gemitus, nec te monumenta parentum

HERP. PHARMACEVTRIA.

Aut moueant sperata tuis tibi funera regnis.
 Grata quies patriæ, sed & omnis terra sepulchri.
 Hæc ille, & quæ uix audita prioribus annis
 Heroum longæua queat meminisse uetustas
 Commemorat. socio respondent æquora plausu,
 Luna suam donec paulatim fundere lucem
 Coepit, & ad uitreas redierunt numina sedes.

☾ CASSANDRAE MARCHESIAE
 MULIERI PRAESTANTISS.

☾ ECLOGA. V.

HERPYLLIS PHAR.
 MACEVTRIA.

Dorylas. Thelgon.



Ed iam uulgatos & nos referas
 nus ameres,
 Quos pariter grata scopuli pen-
 dentis in umbra
 Hinc Dorylas, hinc Theleboi ma-
 ris adcola Thelgon

Certantes docuere, quibus caua litæ, & ipse

ECLOGA. V. 46

Aequoreus Platamon, sacrumq; Scrapidis antrū
 Cum fonte, & Nymphis adsalutauere marinis.
 Tu mihi, seu doctas percurris Palladis artes,
 Meonieq; & subte gmina uincis Arachnes.
 Seu Dryadum choreis, coetuq; immista Diane
 Haud minor incedis, picta q; adincta pharetra
 Venatu Procyten, maternaq; regna fatigas.
 Sine Diebarcheis qua mollibus adsilit æquor
 Ludentis spectas Nereidas, en age nostros,
 (Si quis honos pelagi) Cassandra en adspice lusus.
 Non ingrata cano, penitusq; iniussa, neq; unquā
 Arguerint uentura meis te secula chartis
 Præteritam, faueat modo non inuitus Apollo,
 Et quæ me facili uexere per æquora remo
 Pierides, quæis longa dies, & nomina curæ.
 Interea Dorylan inuuet hic audi, e canentem.
 Dor. Sebethi ad liqdas descēderat Herpyllis undas,
 Herpyllis Euboidum non ultima, quā pater Alcon
 Erudijt Musis & Phœbo cognitus Alcon.
 Venerat & socij partem subitura laboris
 Vnanimis foror, & calathum de more ferebat,
 Ipsa comas effusa, pedemq; exuta sinistrum
 Cū Philitris longum submur murat, atq; ita fatur.

HERP. PHARMACEVTRIA.

Pone aram, & uiuos hauri de flumine rores,
 Canaq; uicino decerpe absynthia campo.
 Illum illum magicis conabor adurere sacris,
 Qui miseram tota spoliatam mente reliquit.
 Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
 Rhombus ad Aemonias reuocetur abeneus arteis,
 Sistere qui pluuias, qui pellere nubila coelo,
 Qui potis est trepidos undis abducere pisces.
 Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
 Alga tibi hæc primum tumidi pur gamina ponti
 Spargitur, & rapidis absumitur arida flammis.
 Sic mihi sic Mæon uraris adusq; medullas.
 Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
 Ter muscū Clearijsta, ter hunc sine forcipe cancrū
 Vre simul, cunq; his dic uiscera Mæonis uro.
 Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
 Spōgia nūc lachrymis pfunditur heus bona magno
 Spongia nata mari, lachrymas bibe sedula nostras.
 Vtq; rapis sitiens illas, sic Mæonis omnem
 Mæonis ingrati rapias de pectore sensum.
 Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
 Vt pumex pinguescat, ut æquoris unda quiescat,
 Que uentis agitata huc illuc concita fertur.

ECLOGA V.

47

Sed quid ego heu tristi pectus concussa dolore
 Imprecer, & uanis iactem conuicia uentis?
 Mæon tot mihi damna, ego Mæoni uerba repeda?
 Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
 Huc/huc, qui rigida meditaris uulnera cauda
 Sæue Trigon. Et tu, proprium cui sistere naues
 Veliferas Ebenhæis, Adeste, Et Mæonis acres
 Tu retinere pedes, tu figere corda labora.
 Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
 Tunde iecur, spu manq; simul Torpedinis atræ.
 Hæc ego cras illi lethalia pocula mittam,
 Ebibat, Et subito pallentis torpeat artus.
 Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
 Scinde manu leporem, leporis penetrabile uirus.
 Nascitur Eois hic fluctibus, atulit Aegle,
 Docta Aegle, iussitq; mimicam tangere limen.
 Curre age, tãge sum, sim Poblina. cras mihi poenas
 Perfidus ille dabit, gemet ipso in limine Mæon.
 Sistite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
 Contere Et Halcyonis nidum mihi pellere uentos
 Dicitur, Et sæuas pelagi mulcere procellas.
 Forsitan hic nostros sedabit pectoris æstus.
 Sistite præcipitem, iam sistite licia rhombum,

Haec tenus ille. qd hinc subiunxerit ordine Thlegon
 Accipe non omnes unus dolor angit amantes.
 Thle. Rupa sub hac mecū sedit Galatea. uidebam
 Et Capreas, & quae Sirenum nomina seruant
 Rura procul. ueteres alia de parte ruinas
 Herculis, ambusta signabat ab arce Vesenus.
 Exere caeruleos Triton de gurgite uultus.
 Ipse meas Triton Nereo deferre querelas,
 Ipse potes curua resonans super equora concha
 Et scopulis narrare, & fluctu uagis Balenis.
 Exere caeruleos Triton pater exere uultus.
 Hic primos mihi congressus dedit illa roganti,
 Hic niueam formosa manū porrexit, & (Eheu
 Quid recolo?) tacitos in me defixit ocellos.
 Exere caeruleos Triton de gurgite uultus.
 Huc ades o mea cura. quid o quid lenta moraris?
 Ipse ego te propter, socios, cymbamq; reliqui.
 Exere caeruleos Triton pater exere uultus.
 Hic tibi consuetas formosior explicat umbras
 Populus. amplector saepe hanc, atq; oscula figo
 Corticibus. saepe ipsa pedum uestigia quaero.
 Et si quid manibus ten gisli, floribus orno.
 Exere caeruleos Triton de gurgite uultus.

Quem mihi nunc praefers? si te iuga frondea, si te
 Arbuta, pascentesq; iuuant per rura capellae.
 Nos quoq; non graciles nunc primū iū gere auenas
 Discimus. incisas implent mea carmina fagos,
 Et mea Menalijs pendet iam fistula syluis.
 Exere caeruleos Triton pater exere uultus.
 Sin magis adrident haec litora, sin magis alti
 Diuitiae pelagi, sparsos quis cogere pisces
 Doctior, aut rigidum dextra iactare tridentem?
 Exere caeruleos Triton de gurgite uultus.
 Non ego delphinis te iudice, non ego thymis
 Aequore uel medio dubitem certare natando.
 Quid tibi me iactem? cui uix numerare uel hamos
 Nunc uacat, aut restes, onerataq; retia plumbo,
 Et Simuessano textas de uimine nassas.
 Exere caeruleos Triton pater exere uultus.
 Me Ligurum durae rupes, me Gallica norunt
 Litora, piscantem pariter me Varus, & in gens
 Sensit Arar, sensere maris fera monstra Britannij
 Obruc caeruleos Triton sub gurgite uultus.
 Et post haec heu dura fugis. non te mihi tellus
 Extera, non uenti rapuere. sed accipe munus
 Accipe. non ultra tecum Galatea sedentem



Adspicies. Illata nouas meditare choreas.
Obrue ceruleos Triton pater obrue uultus.

TRAIANO CABANILIO
TROIAE, AC MONTEL
LAE DOMINO.

SALICES.



Iuacat, & blandos etiam num
uentilat ignes
Quæ Dea cerulea uebitur sus
per æquora concha,
Turrigeramq; Paphou, ditemq;
Amathunta tuetur,

Accipe flumineas properatum carmen ad undas
O' mihi non dubia Cabanili cognite fama,
Sed longe uarios rerum spectate per usus.
Nam tibi me doctæ sic deuinxere sorores,
Sic mea felici permulcent pectora cura,
Ut uix ulla queam melioris tempora uite
Te sine, uix placidos per noctem ducere somnos.
En agedum Traiane, tuis hæc prœnia iussis
Tractanti,

Tractanti, iam iamq; animo maiora paranti
Da ueniam, & tenues ne dedignare camœnas.
Forte inter uirides (si uera est fama) genistas,
Capripedes Satyri, passimq; agrestia Panes
Numina, cum Fannis, & montiu agis Siluanis,
Exercet dum sol raucas per ruua cicadas,
Vitabant æstus, qua pinguiua culta uadosus
Irrigat, & placido cursu petit æquora Sarnus.
Grata quies nemorum manantibus undiq; riuis,
Et Zephyris densas inter crepitantibus alnos.
Dumq; leues aptant calamos, dum sibila pressis
Explorant digitis, tenuiq; foramina cera
Obducunt, uario modulantes carmina cantu,
Auricomæ uiridi speculantur ab ilice Nymphæ
Dulcia clarisonis soluentes ora cachinnis,
Sed prope ferre pedem metuunt. nam sepe labores
Audierant Penæa tuos, & qualibus olim
Infeelix Ebeu uirgo Nonacria fatis
Infoelix uirgo (quid enim non illa moueret)
Pana metu fugiens è uertice Cyllenæo,
Pana deum Arcadiæ, quâuis pulcherrima, quâuis
Dianæ sacros inter lectissima coetus,
Nodosa tenerum mutarit arundine pectus.

Quas simul ac nemorum petulans, effrenaq; pubes
 Semiferi uidere per herbida prata uagantes,
 Occultantq; imis flammam traxere medullis,
 Sic timidus blandis hortantur uocibus ultro.
 Huc/buc o teneræ placidissima turba puellæ,
 Quid procul adstatis? potius succedite ripæ
 Et uiridi in prato molles de more choreas
 Ducite, quandoquidem calamos inflammas inertes,
 Et frustra ad surdas iactamus carmina syluas.
 Illæ nil contra, celeri sed nuda parabant
 Crura fugæ, tutosq; agitabant mente receptus,
 Si qua forte uiam per saxa irrumperet, & altis
 Euasisse iugis, Deus, aut sua fata dedissent.
 Tum iuuenes, procul o clamant, procul iste puellæ
 Sit timor, ignauas animo depellite curas.
 Nullæ hic insidiæ, nullæ per aperta latebræ,
 Cuncta patent, nullas abscondunt hæc loca fraudes.
 Nos quoq; non Lernæ monstris, non igne Chimæræ
 Scyllæisue lupis geniti, aut latrante Charybdi,
 Qui uestra immuni laceremus uiscera morsu,
 Sed diuum genus, & qui semper rupibus altis
 Vobiscum crebris uenatibus insultemus.
 His dictis permulsi animi, securaq; tristem

Corda metum eiciunt, gressuq; per uia citato
 Prata, deis tandem cupidis, ripaq; propinquant
 Tum manibus simul implicitis per gramina festas
 Exercent choreas, aliosq; aliosq; reflexus
 Inter se letæ repetunt, nunc corpora librant
 In saltus, nunc molle latus, nunc candida iactant
 Brachia, & alterna quatiunt uestigia planta.
 Hic Satyri, quanquam uoces audire canentum
 Crudeles, quanquam niueas spectare papillas
 Exultant, oculisq; bibunt sitientibus ignem,
 Tanta tamen seui gliscit uis effera morbi
 Pectoribus, præcepisq; amor, & malesana libido,
 Ut calamis sensum cieclis, ruptoq; repente
 Foedera, surgentes ab humo, uento ocyus omnes
 Exiliant, spretaq; deum pietate, fideq;
 Ah pavidas Nymphas, subitoq; horrore rigentes
 Inuadant auidi, se uorum more luporum
 Qui letas medijs proturbant uisibus agnas,
 Oblitasq; sui passim rapiuntq; trahuntq;
 Dum uiridi in campo cursant, aut ualle sub alta,
 Et custos ignarus abest, & amica canum uis.
 Sic illi, at miseræ discisso pectore Nymphæ
 Fronde feram mœstis sylvam clamoribus implent,

SALICES.

Atq; huc, atq; illuc fugiunt, non saxa, neq; altis
 Tutâ putant loca senta rubis, hinc ardua montis
 Prærupti iugâ, diffusos hinc stagna per agros
 Adtonitæ circumspiciunt, uia nulla salutis,
 Et iam spes præcepta fugæ, tum deniq; ad undas
 Consistunt trepidæ, flauosq; à uertice crines
 Cum lachrymis, gemituq; & flebilibus lamentis
 Abscindunt, Sarnumq; uocant, liquidasq; sorores.
 Dumq; uocant, fundo properat chor? ois ab imo
 Naiadum, properat uitreæ rex cærulus undæ
 Sarnus, inexhaustumq; uadis ciet agmen aquarum
 Rauca sonans. sed quid Sarnusie, aut illa natantû
 Agmina Naiadum possint, ubi ferrea contra
 Stant fata, & duro leges adamante rigescunt?
 Ergo desectæ cura, auxilioq; deorum,
 Ac coelum pariter Nymphæ, lucemq; perose
 Vnum illud, rebus tandem quod restat in arctis,
 Finem optant, iamq; in fluiuû se mergere adortæ
 Membra reclinabant, & aquas pronò ore petebant,
 Cum subito obriuerè pedes, latq; per imos
 Exspatiata ungues radix fugientia tardat,
 Adsi q; solo uestigia, tum uagus ipse
 Spiritus emoritur uenis, indignaq; pallor

SALICES.

51

Occupat ora, te git trepidantia pectora cortex.
 Nec mora, pro digitis ramos exire uideres
 Auratasq; comas glauca canescere fronde,
 Et iam uitalis nusquam calor, ipsaq; cedunt
 Viscera paulatim uenienti frigida ligno.
 Sed quamuis totos duratæ corporis artus,
 Caudicibusq; latus, uirgultisq; undiq; septæ,
 Ac penitus Salices, sensus tamen unicus illis
 Syluicolas uitare deos, & margine ripæ
 Herentes, medio procumbere fluminis alueo.

FINIS.

Hieronymus Carbo Actio Syncero.

Cvm tibi cœlesti faucat de Virgine natus,
 Mystica cui uatum sacra canenda dedit,
 Cumq; ingès noua musa decus, laudemq; pararit,
 Immediens capiti Delphica ferta tuo,
 Ramaq; cum uolitet circum plaudentibus alis,
 Gestiat & sacræ limina adisse domus,
 Quid cesses Syncere fores reserare, Deamq;
 Excipere, & docto continuisse sinu?

G iij

BEMBI

Illā tibi referet, quanto expectata triumpho
Carmina, & ingenij sint monumenta tui.
Surge igitur, uiuensq; piæ cape præmia curæ,
Post cineres sera est gloria, serus honos.

Ant. Thebaldus Lectori.

Virginis intactæ partum, partumq; uidebis
Actia quem docto pectore musa dedit.
Admirandi ambo, humanæ fuit ille salutis
Vtilis, humanis hic fuit ingenij.

PETRI BEMBI

BENACVS.

TE Giberte cano, purus dum tēpla sacerdos
Ingreditur, cupioq; tuas attingere laudes.
Sit modo non impar tanto sub pondere, quæ me
Musa uocat: nec eam uentura redarguat ætas
Obscuræ carmen claro tibi condere fame,
Et magnum breuibus uoluisse intexere cartis,
Nuntius ut uitreas Benaci uectus ad undas
Muscoso subter pendentia fornice tecta,

BENACVS.

Atq; Dei letis impleuit uocibus aures,
Aduenisse diem, quo formosissima terræ
Ausonia Verona sacris, templisq; regendis
Demissum cœlo & magnis uirtutibus auctum
Acciperet iuuenum, qualem uix ipsa petebat:
Forte Pater gelido in luco siluaq; uirenti
Fontibus & riuis cubito subnixus & urnæ
Iura dabat: cui carbasei mallissima fili
Stamina pingebant fuco, uestemq; par abane
Ceruleam, innumuræ nodis ac retibus aureis
Collectos comptæ crines tempusq; decorum
Incinctaq; auro surasq; sinusq; fluentis
Vestibulo in thalami natæ, niueosq; lacertos
Nudabant operi: quo pulchro ex agmine Sirme
Docta lyre digitis percurrere fila canebat
Carmen, quod totidem numeris Gardeq; Saloq;
Reddebant: sol æstiuos circumuagus ortes
Axe terens medio currum librabat olympo.
Ergo auidis allata Deus postquam auribus hausit,
Promissosq; olim fati sibi letus honores
Agnouit, tangens hærentem uligine barbam
Demulcensq; manu iussit uicina uocari
Flumina: dem sese placidum conuexa sub altæ

Spelunca senior solitâq; in sede recepti.
 Postera iam caelo stellâ noctemq; sugarat,
 Vrebatq; ches multo terrasq; freumq;
 Lumine, cum nitidis venit Ticinus in undis,
 Piscosusq; altâ inuoluens Lambrus arenas:
 Venit & indigenis foecundans Ollius arua
 Deductus riuis, & cultos Abdua campos
 Amne secans, fuluo ripasq; interlitus auro:
 Nec rapidus, fluuiôq; Athesis spectandus amœno
 Desuit, aut Patavi circumq; intraq; pererrans
 Moenia Meduacus triplici circumdata muro:
 Moenia, quae positor pugnas & bella perosus
 Musarum Iliacus studijs Phœbôq; sacrauit:
 Populiferâne Padus genitor, qui flumina centum
 Ipse suo accipiens uasto latissimus alueo
 Vbera terrarum cursu per pingua lapsus
 Portat, seq; mari septenis amnibus infert.
 Quos tunc atq; alios uelatus harundine crinem
 Mintius excepit uenientes limine primo
 Obuius, atq; in tecta parentis saxea duxit
 Lætifico cordis non celans gaudia uultu.
 Qui simul ac uidos posuere sedilibus artus
 Crystallo rigida fultis & Iaspide glauca.

Continuo Nymphæ mensas ante ora Deorum
 Spelunca in medio niucis mantilibus alte
 Consternant, dapibusq; onerant, Diçtaeâq; plena
 Vina ferunt, referuntq; manu, calicesq; madentes
 Præcingunt myrto, atq; implexis flore coronis,
 Purpureaq; rose Medorumq; arboris albo,
 Medorum quondam, sed quae nunc plurima letas
 Benaci uestit ripas, non illa caduca
 Fronde uirens, suauiq; auras permulcet odore.
 Post ubi prima quies epulis, Deus ipse magister
 Vndis omni domitorq; lacus præsentia circum
 Numina respiciens his uocibus ora resoluit.

Quod uotis totiens nequicquã optauimus unâ
 Vobiscum Diui, fausto modo sydere lucas,
 Voluentes lucas fatorum, orbisq; ministræ,
 Aduexere, uehit pleno bona copia cornu,
 Lar gaq; pomifera prætendit munera dextra:
 Quare uos primo longæ uia à semine mundi
 In mare ceruleum prono labentia cursu
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
 Flos etenim iuuenum, longa formidine secla
 Perdita qui soluat, quiq; agglomerata malorum
 Agmina tot belliq; faces, quas uidimus ipsi,

Baetra ultra Thylenq; ultra Scythiamq; releget,
 Quiq; urbes, quiq; arua colat, Ioui missus ab ipso ē.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.


Hic primum miseris uiduatas ciuibus urbes
 Accipiens, uacuosq; suis cultoribus agros
 Replebit numerum exequans au gensq; priorem:
 Oppidaq; ingenti multum quassata ruina,
 Prostratisq; solo late moerentia tectis.
 Restituet, pulchrosq; dabit splendescere uultu.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Magno namq; pij iuuenis deuinctus amore
 Hethruscu Pater, excelsas qui Tibridis arces
 Possidet, & nutu Romanum temperat orbem,
 Illius eximias uirtutes, claraq; docti
 Ingenij monumenta, & sancti pectoris artes
 Suspiciens, obitosq; inuicto corde labores,
 Hoc dedit, has illi rerum permisit habenas.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Quid memorē ut tener & primæ sub flore iuuet
 Ingentem ad ludum properauerit auspicib; Dis:
 Indole deim quanta nixus, quam fortibus ausis,
 Robore ceu firmo uentorum flamina Quercus,
 Aut scopulus fluctas saxo excurrente marinos,

Sic undas rerum excipiens & plena pericli
 Multa diu casus uictor superauerit omnes.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
 Sepe illum abruptis in uallibus Apennini
 Versantem, luctantis equi cum frangeret armos,
 Precipitansq; uiam obstrueret torrentibus imber:
 Pœninas uel per fauces, tractusq; uolantem
 Aerios summo miseratæ è uertice Nymphæ
 Optauere, graues cobiberent nubilla nimbos.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Sepe illi ad magnos Reges mandata ferenti
 Assitit unigena proles Iouis, ut bona mater,
 Ut mater bona, quæ caro timet omnia nato,
 Et cupit in duros comitem se se addere casus.
 Tum pueri mirata oculos & uerba loquentis,
 Ipse meas artis iam nunc tibi dixit, habeto.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
 Testis adest triplices magnas discreta per oras
 Fluuiorū, nemorumq; ferax, pecudumq; uirumq;
 Gallia, non auri, picte non indiga uestis:
 Diuersosq; iugo aduentos, interq; cadentem
 Surgentemq; diem longo protenta Pyrene,
 Alis quæ geminas despectat cornibus undas.



BEMBI

Tum diētis, fatiſq; potens illa in clyta bello
Lataq; & in latis Hiſpania diſſita terras.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
Hæ nam te inſolita orantem, auerſaſq; ſuorum
Electentem Regum mentes Giberte uidebant,
Acceptos conuerſa ſonos, cum uocis imago
Redderet, & dociles iterarent nomina ripe.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Teſtis & Hadriacus paruo qui flumine Rhen⁹
Lambit humū, teſtis thuſcis haud maximus undis,
Maior prole uirum, & diuinos Arnus honores
Promeritus, cœlum Diuiſq; recentibus au gens,
Pulchros qui colles, pulchramq; interſecat urbem:
Gens quorum imperio diſpar nec legibus æqua
Illius in ſtudijs iam dudum & amore quieſcit.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Tu uero, tu Roma tui genus æquod alumni
Iam non curarum, non commemorare laborum
Vna poteſt tolle egregium per ſecula nomen,
Tolle decus, daq; alta uirum uolitare per ora.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
Quantum Trinacriæ uertex ſe ſuſtulit Aetnæ,
Aut cinctus ſtellis Atlas, aut Caucaſus ingens,

BFNACVS.

Tantum clara uirum Romæ ſe nomina tollunt.
Illa nouos tibi celeftum conceſſit honores
Antiquis cumulans: at tu præſentia ſecla
Firmabis, ueterumq; abolebis damna malorum.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
Ecce tibi leto ueſtit ſe gramine tellus,
Et tibi ſylua comas nutrit, tibi pabula ſurgunt,
Fœcundus mites implet tibi pampinus uuas,
Palladis & nigrum tibi ducit bacca colorem:
Tum ſpiſſo quem rete trahas uel arundine longa,
Flexuagus noſtris creſcit tibi piſcis in undis.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Accipe, quæ tibi Parnaſi de colle ſorores
Dona ferunt, ſacram lauri de fronde coronam,
Et plectrū, & Cytharâ, ſcriptaſq; ab apolline cartas
Aeternum quas ediceant celebrentq; minores.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
Ut Phœbo, utq; Ioui conſectis græcia luſtris
Sacra olim & pleno poſuit certamina campo,
Sacra tibi, ludosq; tibi ſic Itala tellus
Inſtituet, ſic illa tuo de nomine dicet.
Volute maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
Accipe, q̄ calathis porgūt tibi munera nymphæ,

BEMBI

Luteolum Calthæ florem, Castamq; uirentem;
 Liliãq;, uioiasq;, & purpureos Hyacinthos:
 Haud potuisse prius poterant: bella impia bella
 Pertulimus, dulces & deformauimus agros.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.

Vt cum letiferos accendit Syrius ignes,
 Riuis aquas, hortus flores, pratium inuidet herbas:
 Pallet humi nullo facies depicta colore:
 Ipsa suos sitiens foetus non educat arbos:
 Intereunt fruges siliqua labente perustæ:
 Arua colit nemo siccis arenia glebis,
 Vomeris & durum non admittentia dentem:
 Cuncta iacent nimio cœli contusa calore:
 Tristia sic nostris aderant prius omnia terris.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
 At postquam letos effudit Iuppiter imbres,
 Riuis aquas, hortus flores, pratium explicat herbas:
 Ipsa uiret tellus: ripe collesq;, nitescunt:
 Dant segetem sulci: nemus altas sufficit umbras:
 Poma suos curuant crescentia pondere ramos:
 Ruris turba Deam uenerata ligonibus udam
 Vertit humum, & putres exercet uomere campos:
 Cuncta uigent cœli secundis foribus aucta:

BENACVS.

56

Nostras sic iocunda manente nunc omnia terras.
 Voluite maiores uaga flumina, uoluite lymphas.
 At uos in septem discreti culmina montes:
 Tuq; Pater Tiberine, tuum qui flumen olympo
 Deuehis, hunc olim uobis multosq; per annos
 Sit satis ò tenuisse: meam mihi iam date partem:
 Ipse dabo multis, ne sint mea gaudia sola:
 Et tandem nostris iuuenem concedite terris.

Augustini Beatiani Epigramma
 ad Petrum Bembum:

EX animo quoniam Gibertū diligis, atq; hūc
 Aequari cœlo laude mœrere putas,
 Immensum eximio Iuuenis letatus honore,
 Nescio quid solito grandius ore sonas.
 Et peream, ueterum nisi tu contendere sæclis
 Nostra iubes, Veneti gloria Bembe maris
 Quam bene, non alio Gibertus carmine dici,
 Hoc alius nemo carmine dignus erat.

Eiusdem ad Io. Matthæum Gibertum
 Episcopum Veronensem.

Multa

AVGVSTINI BEATIANI
VERONA.

Agne Pater, regere imperio cui
Tybridis arces
Et datur immensum sacris tera
roribus orbem
Concutere, atq; minis pauidas
compellere mentes

Huc, illuc hominum monitis parere negantum,
Ex quo iam nostras implevit nuntius aures
Tot fracta, tantisq; tuis uirtutibus omni
Inuidia, ad sacra lectum moderamina puppis,
Debita iandudum, te celsa in sede locatum,
Ter gemino Augustum caput irradiasse Tiara,
Protinus exorta assueto maiora sonabant
Gaudia per populos, imisq; illapsa uoluptas
Pectoribus, curarum obliuia grata ferebat.
Principe te rediisse fidem, rediisse uidebant
Iustitiam, terris tanto post tempore uisam.

H

Multa Deum humano generi tribuisse uidem?
Nunquã hominis poterat quæ meruisse labor.

Immeras ideo positas sibi possidet aras,
Et Deus in toto cernitur orbe coli.

Tu quoq; cū meritis dederis mihi plurima nullis,
Quis Giberte mihi te neget esse deum?

Dicere sed nostra hoc si religione uetamur,
Supra hominem certe te coluisse licet.

Eiusdem.

Altera lux Medicum, nutu qui temperat orbem,
Nec uirtutis habet premia digna suæ,
Signatum summo te cunctis letus honore
Prætulit, & meritis nontamen æqua dedit.

Nec dabit, ut tribuisse tibi uelit omnia magnus
Hic Giberte Deus, cui dare tanta licet.

Finge tuos tamen æquari mercede labores,
Quo faciat fidei non habet ille satis.

Eiusdem.

Quam debere putem tibi, si Giberte requiris.

Quantū animo, atq; anima me dare posse datur.
Verū animo atq; anima, quando tibi reddere quātū

Debeo, non ullo tempore posse puto,
Saltem aliqua ut meritis referatur gratia tantis,
Hunc tu iure tuo sume animum, atq; animam.

Ad clemē

Spes erat exhaustam post tot fera funera Martis,
 Postq; tot auctas externo milite prædas,
 Principe te Italiam extinctis requiescere bellis,
 Posses, & in antiquas se rursus extollere vires.
 Quis tot præterea populis, regnisq; superbum
 Detentorem Asia iam cælo, undisq; minantem
 Audeat insurgens bello tentare, queatq;
 Tu nisi Dux uenias, authorq; in prælia Reges
 Concordes stabili firmatos fœdere ducas?
 Gaudebã hæc animo reputans, sed publica præter
 Priuatim ipsa tamen nil quo letarer, habebam,
 Cum spõte egregium iuuenem, uirtutibus auctũ,
 Illustrem ingenio, insigni pietate decorum,
 Præstantemq; animi, qualem non ulla tulere
 Secula, nulla ferent, nostris qui rite, modoq;
 Præsideat sacris, possit qui nostra tueri
 Commoda, tale nihil nobis sperantibus offers.
 Scilicet hoc unum est, quo uulnera nostra coirent,
 Quoq; habeat foelix tandem fortuna regressum.
 Que flãmæ tulerint, inimicus & hauserit ensis,
 Dum fera tempestas nostros seuiret in agros,
 Nota tibi, & nostro reor ingemuisse dolore.
 Maxima sed lapsis tribuis solatia rebus,

Hunc præesse meis talem cum ciuibus ipse
 Nil poscentem amplo iuuenem dignatus honore
 Iussisti, & Venetas decorasti præside terras.
 Cui simul ac ingens te concedente potestas
 Obtigit, ac subiit tantarum pondera rerum,
 Dulcius, aut illustre magis nihil esse putauit
 Quàm dare diuitias, & magna moerentibus ultro
 Præmia, querendiq; animos exoluere curis.
 Præsertim cordi quibus est, inuisere sedes
 Musarum, ambitione procul, studijsq; Mineræ
 Altius innixos laudata per otia uite
 Usq; sub extremum pulchro se offerre labori.
 Aspice doctorum numerum, qui casta frequentant
 Limina certatim Iuuenis, Parnasia tanquam
 In dubijs responsa petant, prudentia uerbis
 Illius est, & tanta fides, ea gratia fandi,
 Ut nil unquã hominum audierint ex æliis aures.
 Quodq; magis mirum est tota tibi mète receptum,
 Dilectumq; adeo, tumidum præcordia regno
 Nil quicquam quod non deceat fecisse uidemus.
 Tu licet inuidiam super his, hostesq; requiras.
 Ergo hunc præpositum nobis, ubi numine diuim
 Fama tulit, iam candidius splendescere soles,

Dulcius ire dies coepere, & gramine campus
 Vestiri infucto, tellusq; effundere flores
 Visa novos, quos nulla prius conspexerat etas,
 Ipsa etiam arua situ posito ridere, comasq;
 Sylvarum ætherias tractare licentius auras.
 At genitor uitreo Benacus flumine, gaza
 Regali decorat pendentia pumice tecta,
 Conuocat huc nymphas, uicinaq; flumina, mēsasq;
 Instruit, atq; unā dapibus uescuntur opimis.
 Curribus hinc, agitant animos ubi gaudia, uentili,
 Mille cient uarios spatiosa per æquora ludos.
 Dumq; cient spectant præstanti corpore nymphas.
 Quarum præcipuos ostentat uultus honores,
 Aetheriumq; decus. ueteres hic suscitât ignes,
 Concipit ille nouos: nec dum bene suctus amori
 Ingemît, & medijs uri miratur in undis.
 Interea crebris resonat clamoribus æther,
 Splendida dum passim Clementis nomina leto
 Omne concelebrant, & cœlo laudibus æquans.
 Mox Gibertum omnes contenta uoce salutant,
 Atq; sua ut ueniat uisurus regna precantur.
 Clemētem ingeminant, Gibertum litora reddunt.
 Turbantur fremitu fluctus, collesq; resultant.

Hoc igitur refero ingentis tibi nomine grates
 O decus, Ausonia spes o fidissima gentis.
 Verū etiam his unum, iuueni quæ magna dedisti,
 Vnum ora adicias, roseo insignita galero
 Tempora fulgentem nobis pater optime mittas.
 Insignes iuuenis mores. sanctissima uite
 Acta suæ nosse, totiens expertus amorem,
 Ingenium totiens spectatum rebus agendis.
 At tibi quam fidus fuerit, quam pectore constans
 Leta recessisset cum iam fortuna, fatentur
 Augustus Cæsar populi moderator iberi,
 Quiq; regit toto diuisos orbe Britannos.
 Quos simul eloqui dulcedine mulsit, utrosq;
 Protinus æterno additos tibi federe iunxit.
 Quos æstus animi? quos per tulit ille labores?
 Mutatis cum uectus equis se uisissima Rbeni
 Frigora, Belgarumq; niues, uastiq; procellas
 Aequoris, & uite manifesta pericla subiret.
 Hæc meritis iuuenis, precibus da munera nostris,
 Neue negare queas, tibi sunt exempla senatus
 Adriaci proceres. Viden huic ut pectore toto,
 Toto animi affectu assensum tribuere petenti?
 Qui licet hoc possint tibi concessisse uideri,

Sic te oculis gestant, tua sic decreta uolenti
 Accipiunt animo, magnum tamen omnibus, illum
 Vndiq; & omnigenai uenem uirtute micantem
 Allicere officijs, ac promeruisse putarunt.
 Præcipue Venetis Grittus qui præsidet oris,
 Quo nec consilio melior, nec iustior unquam
 Sceptra tenere manu potuit, rerumq; potiri.
 Cuius tanta uiget maiestas regia uultu,
 Tantus honos, ut non alia grauitate sedentem
 In folio rear ætherio dare iura Tonantem.
 Nouit enim patriæ imperio concordia tecum
 Comoda quanta ferat, necnon te nouit amico
 Quid sperare queat, trepido cum ardere tumultu
 Contingat latium, uel si terraq;, mariq;
 Terreat Illyricas Turcarum exercitus urbes.
 Non tanto aspiciam Venetos terrore solutos
 Iusticia; & placida populos in pace tueri,
 Nil nisi tuta suis meditantés otia terris?
 Tu potes hoc caelo Clemens demissus ab alto,
 Ut regeres rite unus religionis habenas,
 Quam foede oppressam, rabidoq; sub hoste labantē
 Sustentare diu propria uirtute ualeres.
 Tam pia quis duce te, quis te tam sancta iubente

Inducere arma neget, certæq; occumbere morti
 Si sit opus? cum sic decus immortale per orbem,
 Acquiratq; sibi stellantis gaudia regni?
 Hic ubi fortunæ uis deperit improba, nec ius
 Vllum habet in nobis duri uiolentia fati,
 Atq; dies ubi nulla datum quæ finiat æuam.
 Tu modo rumpe moras, & iam fer pectus in hoste.
 Ire iube instructas acies, & prælia poscant,
 Neue animum, regis memorata potentia frangat.
 Nos adeo (sit fas nos dicere uera) tremendum
 Fecimus ignaui, tot digna, indigna relatu
 Qui tulimus, nec quicquam animos iniuria mouit
 Degeneres, nil iam antiquæ uirtutis habentes.
 Ergo tempus erit, cum uicto ex hoste triumphos
 Inclyta te niueis inuictum Roma quadrigis
 Ducere sublimem ad sacrata palatia cernat,
 Curarum, atq; impendentis secura pericli.
 Tu uero interea iuuenis, quem clara sub alta
 Sydera fama uehit, fatum applaudentibus alis,
 Cuius Castalidum chorus, & meditatur Apollo
 Egregium decus æternis intexere chartis,
 Sine paras animum in solitas demittere curas
 Principis eximij, quocunq; ut tempore gratus

BEATIANI VERONA.

Muneris accepti, gratus uidearis honorum,
Siue tibi oblata manu inuisere gentes,
Veronamq; tuam, quæ diu præcor omnia firment,
Nos, in te solum qui lumina iecimus, in quo
Nostra salus posita est, spes & fundanimus oës,
Excipe tot seuis bellorum fluctibus actos,
Atq; tuos fesso subeuntes remige portus.


¶ FINIS.

PARATOR SVBDIACO 61
NVS FLORIANO AB.
B A T I . S .



Vi meriti florem maturis sensibus ortum
Nominis ore tui iam floriane tenes:
Nam primæuus adhuc senibus documenta dedisti

E quibus in coelum uita pararet iter.
Ad carmen concurre meum pedibusq; labanti
Porrigere de placido sepe fauore manum.
Ieiuno sermone quidem: sed pinguia gesta
Scripsimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille uolumina libros
Maxima cum teneas, & breuiora lege.
Naturæq; modo, quam rerum condidit author,
Concordent studijs celsa uel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutrit terra leones.
Formicis, apibus præbuit ipsa sinum.
Et si respicias dispenset ut omnia rector,
Ingenium mites, uim meruere truces.



ARATOR SVBDIACONVS

Ipsaq; continuum virtus infracta laborem.
Deserit, & uarias querit habere uices.
Loricam solitus membris imponere miles
Gymnasij gaudet nudus adire locum:
Et qui ferratas acies atq; agmina uincunt,
Imbelles feriunt per sua tela feras.
Ergo gradū retinens & prisca uolumina linquēs
Cede dies operi, quod pia causa iuuat.

Arator subdiaconus Vigilio Pontifici. S.



Oenibus undosis bellorū incensia cernens
Pars ego tunc populi tela pauēōtis cram.
Publica libertas Vigilii sanctissime Pappa

Aduenis incluso soluere uincla gregi.
De gladijs rapiuntur oues pastore ministro.
Inq; humeris ferimur te reuocante pijs.
Corporeum satis est sic euasisse periculum.
At mihi plus animæ nascitur inde salus.

VIGILIO PONTIFICI. 62

Ecclesiam subeo dimissa naufragus aula,
Perfida mundani desero uela freti.
Transferor ad niueas Petri sine turbine caulas
Et fruur optati iam statione soli.
Litoris ille sinus ad carbasa nostra parauit,
Fluctibus in medijs cui uia sicca fuit.
Esse reus potero grates si reddere cessem.
Vnius officio displicuere nouem.
Sensibus ardor inest horum celebrare labores,
Quorum uoce fides obtinet orbis iter.
Versibus ipse canam, quos Lucas retulit actus.
Historiamq; sequens carmina uera loquar.
Alternis reserabo modis quod litera pandit.
Et res siqua mihi mystica corde datur.
Metrica uis sacris non est incognita libris.
Nam psalmos lyrici composuere pedes,
Hexametris constare sonis in origine lingue
Cantica Hieremiæ, Job quoq; dicta ferunt.
Hoc tibi magne pater cum desero munus amoris,
Respice quod meritis debita soluo tuis.
Te duce tyro legor, te dogmata disco magistro.
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.



PARATORIS SVBDIACONI
ROMANAE ECCLESIAE

Cardinalis Apostolicæ Histo-
riæ. Liber primus.

Continuat finem Euangelii
Apostolicæ Historiæ.



In sceleris Iudæa sui polluta
cruore
Ausâ nefas compleuit opus, re-
rumq; creator
Hoc quod ab humanis sumpsit
sine semine membris.

Humana pro stirpe dedit, dignatus ut ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cæli,
Soluuit ab æterna damnata nocte tenebras
Ad manes ingressa dies, fugitiua relinquunt
Astra polum comitata deum. Cruce territa Christi
Vult pariter natura pati, mortisq; potestas
Se uincente perit, quæ pondere mersa triumphi
Plus rapiens nil iuris habet. diuinæq; uirtus
Rursus membra ligans animata cadauera mouit.

Ad uitam monumenta patent. cineresq; piorum
Natalem post busta nouant. lux tertia surgit.
Maestas cum carne redit, speciemq; coruscam
Umbrarum de sede refert. ut ab exule limo
Interclusa diu patriæ repetatur origo,
Omnipotens parat ipse uias, & corpora secum
Post tumulos regnare iubet. moriente ueneni
Semine, florigero sua germina reddidit horto.

Ascensio Domini. Ex ea p̄. primo.



Iamq; quater denis dominus ma-
nifesta diebus
Contulerat per signa fidem, cer-
nentibus illis,
Vsq; sub extremum diffuso in
limite mundum

Quos testes iubet esse suos. miracula rerum
Non poterant celare deum. Documenta resurgens
Quæ sic certa daret quam mandere? corpora uitæ
His humana probant. cælum petiturus oline
Progreditur lustrare nemus, quia germine sacro
Luminis & pacis locus est. uult inde reuerti
Vnde creaturam signata fronte micantem



Diuinus comendat odor, cum desuper unctos
 Abluit interius Christi de nomine chrisma
 Tollitur asrigerum rediturus uictor in axem.
 Et secum quod sumpsit habet noua popa triumphis
 Arua deus petijt. homo sydera. quis datur illi
 Aetherea de parte fragor? quantumq; resultant
 Coelestes in laude chori? cum rector olympi
 Euchit excelsis quicquid suscepit ab imis?
 Ingrediensq; polum carnis comitante trophæo,
 Exuias atrii raptas de fauce profundæ
 Lucis in arce locat. terrenosq; erigit artus,
 Qua pietate capit. propter quem uenerat, iuit.
 Discipulos stupor altus agit. quibus ore corusco
 Perspicui dixere uiri, quæ cognita nobis
 Et miranda sonant. nunc iam speculemur ouantes,
 Imperijq; modum per subdita iura probemus.
 Virgine matre satus calcata morte resurgens
 Cæli sceptræ petens his nunciat acta ministris.
 Nec cessant elementa suo seruire tonanti.
 Stella comes progressa magnos uenientis honori
 Militat. obsequio nubes famulatur euntis.
 Angelicis igitur postquam est affatus usa.
 Liquit oliuiferi ueneranda cacumina montis.

Ad messem prælecta manus. qui calle citato
 Mœnia nota petunt, quo per sua sabbata mille
 Passibus ire licet. qua tunc statione sedebat
 Porta Maria dei. genitrix intacta creantis.
 Anato formata suo. mala criminis Eue
 Virgo secunda fugat. nulla est iniuria sexus.
 Restituit quod prima tulit. non uoce querelas
 Excitet, aut gemitu mœrentia corda fatiget
 Antiqua pro lege dolor. scelera ipsa nefas que
 Hac potius mercede placent, mundoq; redempto
 Sors melior de clade uenit. persona ruina
 Non natura dedit. tunc foemina foeta periculum
 Nunc tumuit paritura deum, mortalia gignens
 Et diuina ferens. per quam mediator in orbem
 Prodyt, & ueram portauit ad æthera carnem.

¶ In locum iude proditoris Mathias
 substituitur. Ex cap. primo.



Rimus Apostolico parua de pupæ
 pe uocatus
 Agmine Petrus erat, quo piscato
 re solebat
 Squammea turba capi. subito de
 litore uisus

Dum trahit, ipse trahi meruit. piscatio Christi
 Discipulum dignata rapit, qui retia laxet
 Humanum captura genus. quæ gesserat hamum,
 Ad clauem est translata manus. qui æquoris imi
 Ardebat madidas ad litora uertere prædas,
 Et spolijs implere ratem, melioribus undis
 Nunc alia de parte leuat. nec deserit artem
 Per latices sua lucra sequens. cui tradidit agnus
 Quas passus saluauit oues, totum quæ per orbem
 Hoc auget pastore gregem. quo munere summus
 Surgit, & insinuans diuina negocia coram
 Sic uenerandus ait. nostis quia proditor amens
 Mercedem sceleris soluit sibi. tædia noxæ
 Horruiit ipse suæ stringens in gutture uocem
 Exemplo cessante ream. qui parte necari.
 Promeruit, qua culpa fuit. crimen quæ retractans
 Indicio tali permisit membra furori
 Aeris in medio. communi ut poneret hosti
 Debita pœna locum. coelum terramq; perosus
 Inter utrumq; perit. nullis condenda sepulchris
 Viscera rupta cadunt. tenues quæ elapsus in auras
 Fugit ab orbe cinis. non hæc uacat ultio, Iudæ
 Quæ suprema negat. uindicta quæ mercis iniquæ
 Sic

Sic placitura uenit. nam cum modo rura parasset
 Funeris ex precio, cum nomine sanguinis emptus
 Cespes in externas componens busta fauillas
 De tumulis focundet humum, caret impius agris
 Fertilitate sui, solus quæ excluditur aruis
 Quæ monumenta serunt. cuius tuba seua cruentis
 Est exorsa nefas, qui signifer oscula figens
 Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno:
 Nunc opus est uotis, q; uerba prophetica clamant,
 Quem liceat supplere uices. tunc summa precantes
 Constituere duos. Ioseph cognomine Iustum.
 Matthiam quæ dei paruum, q; nomen ut aiunt
 Hebræo sermone sonat, humilemq; uocando
 Comprobat. o quantum distant humana supernis
 Iudicijs. parui merito transcenditur ille
 Laude hominum, qui iustus erat. duodena resurgens
 Signa chori, terris quæ iubar iaculantur olympi.
 Hæc quoq; lux operis quid præferat edere pergam.
 Quatuor est laterum discretus partibus orbis.
 Trina fides uocat hunc, quo nomine fonte lauatur.
 Quatuor ergo simul repetens ter computat omnem
 Quam duodenarius circumtulit ordo figuram.
 Discipulis quæ p̄ys, quibus hoc baptisma iubetur,
 I

Mystica causa dedit numerum recreare priorem.

¶ Spiritus sancti missio. Ex cap. II.



Piritus ætherca descēdens sanctus
ab aula

Irradiat fulgore locum, quo stem
ma beatum

Ecclesiæ nascētis erat. quibus igne
magistro

Imbuit ora calor, dicitq; fluentibus exit
Linguarum populosa seges. non litera gessit
Officium, non in genij stillauit ab ore
Vena, nec egregias signauit cera loquelas.
Sola fuit doctrina fides, opulentaq; uerbi
Materies cœlestē datum. noua uocis origo,
Quæ numerosa uenit, totoq; ex orbe disertis
Sufficit una loqui, dudum uetus æquoris arca
Cum superasset aquas, turrim uoluere maligni
In cœlum proferre suam, quibus impia corda
Sermonum secuere modos, socijsq; superbis
Affectus cum uoce perit. confusio lingue
Consimili tunc gente fuit. nunc pluribus una est,
Ecclesiæ quoniam uenientis imagine gaudet
Concordes habitura sonos, et pace modestis

Fit fecunda redux. humilifq; recolligit ordo,
Quod tumidi sparsere uiri. Res maxima cogit
Non reticere diu, quid sit q; spiritus almus
His datur in flamma, Iordanis ab amne columba.
Quod tunc rite canam, promissaq; debita soluam,
Si sua dona ferat. duo sunt hæc signa figuræ.
Ut sit simplicitas, quam congrua diligit ales.
Quæ nec tarda gerat sine dogmatis igne tepores,
Sit pariter succensa fides. ibi destinat undis
Vnanimis, hic ore iubet flagrare docentes.
Mentibus instat amor. sermonibus æstuat ardor.
Hos etiam musto typica ratione moueri
Error uerus ait, quos ebria fonte recenti
Completit doctrina poli. noua uasa liquorem
Suscepere nouum, nec corrumpuntur acerbo.
Quo ueteres maduere lacus de uite bibentes
Quæ Christo cultore dedit conuiuia nobis.
Vnde rubent quas uertit aquæ, tenuemq; saporem
Legis in ecclesiæ fecit feruscere libris.
Tertia sydereis inclaruit hora loquelis.
Hunc numerū deus unus habet, substantia simplex
Personis distincta tribus. quam plurima nobis
Instrumenta patent, simul hoc et tēpora mōstrant.



¶ Ex Petri sermone tria milia hominum baptizantur. Ex cap. 11.



Rimus at ille Petrus, cui seruit in
æquore gressus
Retia iam cupiens hominum uibra
re saluti

Vt piscator ouans leuet has de fonte cateruas,
Rettulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus horas
Humana sub lege deus. qui temporis expertus
Principium de matre tulit. nec uile putauit
Maiestate potens terreni sumere formam
Corporis, atq; opifex hominum pars esse, suoq;
Nos precio reuocare sibi. post dona salutis.
Postq; tot ereptos pulsus langoribus ægros,
Cum deserta etiam perfunctaq; corpora luci
Redderet, se superas iterum concederet auras
Se quoq; permittens fusus genitricis abaluo
Carnis iura pati, uitam ne perderet orbis,
Voluit ipse mori. sed quod de uirgine foeta
Nascitur illud obit. ligno suspenditur insons,
Et ligni uacuatur onus. sic uulnus iniqui

Fit medicina dei. pauidis resplenduit umbris
Pallida regna petens. propria quem luce coruscum
Non potuit fuscare chaos. fugere dolores,
Infernus tunc ipse timet. nullumq; coercens
In se poena redit. noua tortor ad ocia languet.
Tartara mœsta gemunt. qa uincula cuncta qescunt.
Mors ibi quid faceret, quo uitæ portior ibat?
Hunc Deus omnipotens, cui nunq; terminus inflat,
Post sacra busta leuat. radiantem in corpore lesum
Vidimus, se proprijs reducem cõspeximus astris.
Sed fugite ò miseri funesta piacula gentis.
Cui ueniente deo ueteres auertere noxas
Addita sacrilegæ creuerunt uulnera culpæ.
Cur natos Indæa tuos per uozæ cruoris,
Cur paricida trahis? quid Christi sanguine fuso
Hos tecum damnata premis? nec dñq; creatos
Festinas proferre reos, homicidaq; lingua
Naturæ præcludit iter. cui senior ortus
Quam facimus discrimen habet. scelerũq; propago
De natale perit. quæ faucia uoce parentum
In lucem punita uenit, si soluere cura est
Fœcundi crementa mali, scelicibus undis
Extinctum reparatæ genus, spes una remittit

Debita supplicij, post crimina uelle renasci.
 Multiplicat iam pastor oues, tria millia uulgi
 Non minus illa dies in flumine diluit agni.
 Hic primus post iussa dei baptismatis usus
 Exoritur data iura probans, nam trina potestas
 Colligit hanc prolem, numerum partita per aquam.
 Perfectum est, quod mille sonat, sic denique seclis
 Ponimus etates cum tempora dicimus orbis.
 Res perfecta semel ter iungitur, & facit agmen
 Mystica uis numeris, gregis est pia forma nouelli.

¶ Apostolis oia fuisse communia. Ex cap. I I.



Vnditur interea per cunctos gratia sensus.
 Diuitiasque metit locuples in amore uoluntas
 Vique pijs coeant in foedera pignore certo.

Res laxant, & corda ligant, sine limite census
 Affectu consorte licet noua iura beatis
 Munifica fluxere manu, quibus ubere leto
 Diuise geminantur opes, & crescit in omnes.
 Quod faciunt commune sibi, totumque capeffunt

Quod propriū nihil esse uolūt, quo fonte cucurrit
 Hæc probitas, quæ ue illa fuit bonitatis origo,
 Hinc canere incipiam, sacris bis spiritus almus
 Discipulis concessus erat, spiratur in illos
 A Christo surgente semel, post missus ab astris
 Nescia uerba uiris facundus detulit i ignis.
 Nequid in expertum studio meditemur inani,
 Spiritus alme ueni, sine te non diceris unquam.
 Munera da lingue, qui das in munere linguas.
 Hæc iterata reor, confirmant præmia iustos,
 Ut duo iussa colant tabulis conscripta duabus.
 Dilige mente deum feruenti plenus amore.
 Rursus ait carus tibi sit quoque proximus, ut tu.
 Hoc pactum ius omne tener, quod spiritus almus
 Bis ueniens per corda creat, semel hunc dedit auctor
 In terris, ut ametur homo, post missus ab astris,
 Ut flagrent humana deum, dilectio prima est
 Quæ deum uehementer amet, cui deinde secunda est,
 Quæ sociat mortale genus, tamen incipit ante
 Posterior numero, sequitur comitata secundam
 Quæ prior est, sic forma docet, nisi diligis inquit,
 Cernere quem potis es fratrem, quem cernere non es,
 Nescis amare deum, concordia nexa calefcat

Ergo pari uoto, dominumq; in pectore condat
Fratri amor, gemine sibi sit substantia causæ.

¶ Claudus à Petro restituitur sanitati.

Ex capi. III. & IIII.



Laudus erat, cui prima dies exor-
dia uitæ
Membrorum cum strage dedit læ-
gore coæuo,
O Æto lustra gerens, ad quem comi-
tante Ioanne

Respice Petrus ait, notum spes lusit auarum.
Cum quæ negat meliora parat, quæ sepe grauatos
Desperata iuuant, & semine nata sinistro
Prosperitas celans moestis confinia læta
Principijs ad uota uenit, gaudebit egenus
Plus uacua meruisse manu, qui munera poscens
Est datus ipse sibi, nulla hic mihi uena metalli
Respondit, quæ fundat opes, ego ditior agro
Pauper cro, progressus ubi de uoce iubentis
Exiuit medicina potens, atq; hospite gressu
Cum uiuere pedes, cunabula longa relinquens
Calcavit ueteranus humum, plantis quæ nouellis

Materies se prisca mouet, cui præpete cursu
Protulit incessus quicquid non edidit ortus.
Stat facti manifesta fides, sed & altera nobis
Res aperit quod causa gerit, gens nomen ab illo
Israel dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Conatus certare deo, tulit ipse figuram
Corporis ante grauem, quæ post in uulnere mentis
Israel clodus habet, qui per sua crimina labens
Corde magis quæ carne fluit, spatijs quæ sub ipsis
Quadraginta annos Aegypti sine remotus
Claudicat ægyptum cupiens, idolaq; querens.
Ponitur ad portam Speciosam debilis, ultra
Non ualet ire miser, nec limina tangere portæ.
Culpa negauit iter, qui sunt qui pectore clodium
Israel ferre solent, portæq; adiungere certant,
Quæ Speciosa suo prodit de nomine Iesum?
Esaias, Daniel, similes quiq; ore prophete
Obscuris manifesta canunt miracula Christi.
Porta ego sum uobis, qui per me intrare recusat,
Fur erit ille nocens, possunt portare prophete
Ad portam cernenda magis quæ uisa loquentes
In templum non ferre queunt, hæc ianua Petro
Credita, qui Christum confessus cognita monstrat,

Non uentura sonat: uctus ò sine fine iacebis
 Ni Petrum iam clode roges. qui noxia pellens
 Auri uitat onus. rerum cui censuit author.
 Non peram gestare sibi. pete dona salutis,
 Non fragiles secteris opes. quas spernere debet
 Cum domino, qui diues erit. post limina templi
 Porticus hunc Salomonis habet, qui iure uocatur
 Pacificus regnante fide. qui semper in orbe
 Pacificus nisi Christus erit, hic omnem
 Qui Petro ductore placet. quo presulc sur git.

¶ Iud. ei laborant ne Christi cultus
 propagetur. Ex cap. IIII.



Mimine iam niueo p millia quims
 que uirorum
 Ecclesie crescebat apex. arcere la
 borat
 Hunc iud. ea coli, cuius de mune
 re fluxit,

Quod uirtus operata dedit. sed linquere Christum
 Petri nescit amor. non hunc reticebimus inquit,
 Quo remeat prestante salus. qui iure creantis
 Infectum suppleuit opus. solidum que decorem

Pars reparat, qua iussa nouat. huic mebra redeptor
 Fert animus patrare nefas. sanctis que uerendis
 Sacrilegas inferre neces, ò semper iniqui
 Dona uident. Et bella mouent. sed ccepta relinquunt,
 Ne uiolent, quos turba fouet. quibus indice clodo
 Testis erat meriti. cum que hoc sua corda leuabat.
 Nam non parua dedit populo miracula gressus,
 Quem rudis atq; senex nullis iam legibus eni
 Vernula sumpsit humi. cū quo stupet ipsa moueri
 Que iacuit natura diu. firmata que nuper
 Incessu proprio noua iam uestigia signat,
 Que fuerant aliena sibi. tamen improba proles
 Seuit adhuc. fari que uetat quod gaudia clamant.
 Quid toties iud. ea cadis? surrectio Christi
 Ut furto celetur emis. sed inania demens
 A somno documenta petis liuore caduco
 Que sentis uirtute geri, nis fraude negari.
 Infernum dominus cum destructurus adiret.
 Detulit inde suam spoliato funere carnem.
 Victor ab arce Crucis radiantia signa ministrat.
 Sol ruit in tenebras. tu pectore nigra rebellas.
 Arua tremunt concussa locis, tu fixior haeres.
 Saxa crepant, tu dura manens. iam scissio ueli

Quæ latuere diu nudauit mystica templi.
 Lux tua nos adyt, tecum nox sola remansit.
 Mox sine fine premit, cui nunquã uita resurgit.
 Planta uctus sociare nouis, & condere libris,
 Ne pereas uiduata cibus sine munere quorum
 Arida ficus eris. nullo quia tempore fructum
 Ad Christi uis ferre manũ. neq; cernere quantum
 Floruit insertus faciens oleaster oliuas.
 Plena quæ per gentes de spinis pullulat uua.
 Imminet exbaustris radicibus ira securis,
 Vt succisa ruas, ni iam translata uirescas.

¶ Discipulis orantibus superuenisse
 iterum Spiritum sanctum.
 Ex cap. I I I I.



Osquam mira salus de corpore na
 ta uetusto
 Discipulis audita liquet, gentis quæ
 superbe

Cognouere minas, celebrant his uocibus hymnum.
 Tu qui cuncta Deus proprijs animata figuris
 Artifici sermone facis. quiq; edita cernens

Ante uides, rerumq; creas per nomina formas.
 Cum fierent, uox semen erat. nec distulit ortus
 Imperium natura sequens. mox spiritus oris
 Aetherea curuauit. sola nexuit. æquora fudit.
 Materiemq; operis sola est largita uoluntas.
 Ne deforme iugum similis portaret imago,
 Tegmine seruili latuit regnator olympi,
 Vt sua gentiles implerent cœpta furores,
 Quis dolus Herodis, cum trijha bella moueret
 Infantum mandata neci? quos ubere raptos
 Vulnere suscipiunt paruis errantia membris
 Vix habitura locum? seuoq; iubente tyranno
 Nasci poena fuit. cuius tulit impetus æuum,
 Quod nesciuit agi, qui perdidit, ò noua mortis
 Conditio, solo uitam pro fine subire.
 Et cum prima dies atq; ultima sit simul una
 Posse magis quam scire mori. quis lumine sicco
 Aut gemitu cessante queat memorare Pilati,
 Quod deslent clementa nefas? quo iudice Christus
 Subdere pro mundi uoluit sua membra periclis,
 Vt carnale malum caro solueret. & ferus hostis,
 Cuius ab ingenio fluxerunt tela ueneni,
 Perderet antiqui lachrymosa piacula belli,

Materia superante pari, ne criminis ultra
 Per sobolem prodiret omnis. damnatio iusti
 Libertas est facta reis. da semina uerbi
 Per tua dona coli, segnisq; noualibus usa
 Colligat ista manus te fructificante maniplos.
 De quibus ipse tui componas horrea caeli.
 Trificeamq; fidem lolio pereunte coronas.
 Quam sancti fulsere pedes. cōcurrere uisa est
 Pondere terra graui. moxq; almus spiritus illis
 Splenduit. Et linguis sacundia creuit abortis.
 Audite ualuere preces. humana propago
 Materies terrena sumus. limumq; parentem
 Nomine prodit homo. uis flexit, Et impulit arua
 Vocis Apostolicae. quae de tellure creatos
 Fecit habere fidem. sed quid magis? exilit imus.
 Concutitur quae locus. eccinit scriptura decoros
 Pacem ferre pedes. Horum sub gressibus ergo
 Leta mouetur humus. quibus est sermone magistri
 Pax commissa pijs quae deportata per, illos.
 Exiit in cunctas ueloci munere terras.

Christianis omnia fuisse como
 munia. Ex cap. IIII.



Cce tot egregijs unum cor esse
 cateruis

Incipit. atq; anima populus nanc
 ciscitur unam.

Quis dubitare queat mysteria do
 gmatis. unum

Personas tres esse Deum? cum millia uulgi
 Conueniant sub mente pari. numeri quae frequentis
 Sint animi uelut unus homo. quae turba perennem
 Portatura Crucem. dominum quae secuta fidelem
 Spreuit agros. habitura polos. haec neimpe facultas
 Fortior est de parte magis conquirere totum.
 Atq; caducorum pensare manentia causis.
 Et quae stum per damna sequi. non prodige rerum
 Venditor ista facis. sed qui tua iura tenere
 Ambitiose cupis. paruq; in tempore linquis.
 Quod semper uis esse tuum. sic spargere rura
 Nolle carere fuit. quid enim substantia prodest,
 Quae seruata perit? quam syderis arce locatam
 Commodius qui cedit. habet. pete creditor inde
 Usurae maioris opes. gazas quae reconde
 Quo nequeant aduersa pati. non deterit ullus
 Perpetuas ibi casus opes. sine fine tenebis,

Quod dominū debere facis. Nunc aspice partes
 Lector doctē piās, & tecum mente sagaci
 Volue quid esse putes, rutili q̄ pompa metalli
 Ponitur ante pedes sacris non tradita dextris
 Destitui debere probant, quod tangere vitant.
 Calcandūq; docent quod subdunt gressibus aurū.
 De quo terrene ueniunt ad pectora cura.
 Consimili iactatur humo. quo sistat auare
 Mens tua discē loco. q̄ tu custodis anhelus.
 Quod statione premis. quod cernere sapius ardes.
 Cuius in amplexus per somnia cuncta recurris.
 Horrescunt tractare pij. nec tunc quoq; gestant
 Cum bona facta parant. quantū speculantur in illo
 Stare nefas. & dona gerens continetur aurum.

¶ Ananias cum Saphyra uxore
 punitur. Ex capi. V.



Ecceidit infelix Ananias uulnere
 culpæ
 Fur census sub fraude sui. cadit
 impia coniux
 Supplicio percussa pari. quia cri
 mine ab uno

Fit

Fit commune nefas, quoties scelus ante peractum
 Consensus facit esse suum. Nam mentis auaræ
 Vindex illa fuit sententia. Deniq; quando
 Auri cessat amor, qui pectora semper adurit?
 Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
 De radice malum, cuius uiolentius ardet
 Ambitio crescente modo, stimulant quæ rapinis
 Addita lucra famæ. sed q̄ mutata uoluntas
 Falsi crimen habet, cum quæ est iam cautio uoti,
 Stare decet nec uelle prius uiolare sequenti
 Ius proprium retinere magis quàm demere fas est.
 Omnibus exemplum sanxit uindicta duorum,
 Ne quis dona uocet, quæ sponso debita poscit.
 Respice uera fides, ac dogmate clara beati
 Verba riquire Petri. quis nam te fallere suasit?
 Conclufit quæ probans. homines haud talia fando
 Deludis mentite deo. quæ damnat iniquos,
 Aedificat doctrina pios. q̄ spiritus almus
 Sit deus, ex multis plena est instructio libris.
 Et tamen hinc capit arma fides. quo tenditis ultra?
 Quis dubitet / q̄ Petrus ait? qui iure uenitis
 Ad latices, hoc stante loco. satis hostibus obstat
 Ecclesie, q̄ forma sonat. diuisor amare

lk

Iudicium de fine time. qui criminis author,
 Erroris quæ tui est, fusa ruit Arrius aluo
 Infœlix plus mente cadens, loetum quæ peremptus
 Cum iuda cõmune tulit, qui gutture pendens
 Visceribus uacuatus obit. nec poena sequestrat
 Quos par culpa ligat, qui maiestatis honori
 Vulnus ab ore parant. hic prodidit. ille daremit
 Sacrilega de uoce rei. Deus arbiter orbis
 (Personis tribus est in quo simul una potestas,)
 Abstulit his species operum bonitate creatas,
 Qui fabricatoris non inspexere decorem,
 Errantesq; putant, qui fecerit omnia, factum:

¶ Umbra Petri ægrotos sanabat. Ex cap. V.



Umbra ciet populos ad mystica si-
 gna salutis
 E cunctis properare locis, & pe-
 sibus egros
 In lectis deferre suis, quos urbis
 in illa

Parte locant, qua sacra tenet uestigia Petrus.
 O mihi si cursus fauendior ora moueret,
 Centenosq; daret uox ferrea lingua chersita

Hac in laude sonos, quantum speciosior esset
 Ambitus eloquij uarijs aperire figuris
 Singula, nec modicis includere grandia uerbis.
 Quæ fuerit rerum facies, cum tempore paruo
 Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
 Improvisa salus, quam corpore fusa sereno
 Luminis umbra creat, dubia quæ à morte remoti
 Erexere caput. sed non deprehendere uisu
 Authorem potuere boni, quibus ardua uirtus
 Occultat quæ præstat opem, res quæ ante paratur,
 Quam spes ulla foret. furtiuq; præmia uite
 Dat medicina latens, & anbeli corporis æstus
 Ignaro languente rapit, quam nescit adesse,
 Qui uenisse probat. crescitq; potentia facti
 Agnitione carens. cuius splendoris imago
 Omnia peruolitans tactu quæ nocentia mundanis
 Stat donis fugitiua oculis, & munere plenos
 Linqvit ubiq; toros, hostes quæ à sensibus atros
 Projicit, ac nebulis larualibus exiit artus.
 Icitius, & curas hominum de calle frequentans
 Excute Petre gradus. tecum medicina salutis
 Ambulat. adde uiam. spes est ad gaudia uelox
 In pedibus non esse moram. tua semita uita est.

Si properas, iam nemo iacet. tu motibus umbræ
 Corpora cuncta leuas, atq; hoc simul inscia uoti
 Sumit turba tacens. q̄ cum rogat accipit unus.
 Quærite quos agitat tanti reuerentia facti,
 Quid typi res ista ferat, libriq; uoluitis
 Noscite, q̄ soli est concessa gloria Petro.
 Quæ ne sub hac specie lateant documenta uidete.
 Quæ tentabo loquens, & si datur ista facultas,
 Aridus ut magnas impellat riuulus undas.
 Rursus ab antiquis ueniunt miracula causis,
 Firmior in cunctis capitur substantia rerum
 Corpore sensa suo. sequitur quæ à corpore certo
 Funditur, & solidam nō terminat umbra figurā,
 Sed tamen ipsa sibi præcedere corpora signat.
 Ecclesiam terris colimus, quam prodere nulli
 Aetheream dubitasse licet. sed uerior illa est,
 Quæ super astra manens coelestis & alta uocatur.
 Hæc in transcurso dubij quæ cernitur orbis,
 Ad uitæ datur esse uiam, spacioq; sub isto
 Destinat æternæ quos colligit, atq; probatis
 Hinc iter est excelsa sequi. regit agmen utrunq;
 Petrus, & hinc ductis sortis dat sydera turmis,
 Ut patuit per uerba Dei. quod solueris inquit

Quodq; ligas terris, sic unctum siue solutum
 Aethere perdurat. cūcta hæc quæ cernimus aruis,
 Ergo figura foret. firma est quæ nubila gestant.
 Petrus utruq; regens ibi corp⁹ & hic parat umbrā,
 Ut quos hic uitis noxifq; soluerit ægros
 Innocui ducantur ei, quæ permanet astris
 Susceptura piæ hac emundante cateruas.

¶ Apostoli ex carcere euadunt. Ex cap. V.



Nterea templi zelo mordente
 priores
 Ecclesiam creuisse dolent, anis
 meq; colonos
 Ne spargant quod corde metāt,
 in sede relegant

Carceris, ut desunt nascenti sarcula messi.
 Angelus adueniens tenebrosa uolumina noctis
 Reppulit, & subito micuerunt antra sereno.
 Erumpensq; dies alieno tempore sanctos
 Ad templum facit ire uiros. sed cardine fixo
 Irrita signato custodia permanet antro,
 Stansq; suis foribus uallante crepidine carcer
 Clausus apostolicis uestigia pandit aperta

Gressibus; & uigiles illud it ianua fallax.
 O nunquam neglecta fides, cui subiaccit illud,
 Quod natura negat, proprijs quam legibus uti
 Non sinit omnipotens, quotiens iubet ipse uicissim
 Posse quod insolitum fieri, mirata perurget.
 Siquis adhuc fragili meditatur pectore Thomam,
 Hinc documenta petat, quia tunc penetrata recepit
 Ianua clausa deum. mirum est si corpore portam
 Sic adeat, quem uirgo parit? quem uiscera matris
 Integra concipiunt? humanam quæ rogo carnem
 Sumere causa fuit, nisi suscitetur inde reuersus
 Exhibuit pro teste latus, nostriq; fauillas
 Corporis exemplo proprij docet esse nouandas
 Vulneribus sua membra probas. modo didyme discis
 Quam fuerit dubitasse nefas, an fecerit author,
 Quod nobis licuisse uides. si uoluerit sensu
 Cura subit q; Christus ait. non indiga uocis
 Est species, cur has sancti liquere latebras.
 Dixit opima parans hos luminis esse ministros,
 Et candelabri positas uelut arce lucernas
 In tota fulgere domo. nox nulla retentat,
 Quos lumen lux ipse uocat, qui dona ferentem
 Et testem meruere Deum, qua lege cauernis

Oculeret locus ille suis tot in ordine soles.
 De quibus ut tenebras pulsus erroribus orbes
 Vinceret, eternam meruit cognoscere lucem.

Septem diaconi ab Apostollis ordi-
 nantur. Ex capi. VI.



Vra ministerij sacris altaribus
 aptis

In septem statuere uiris, quos
 undiq; lectos

Leuitas uocitare placet, quam
 splendida coepit

Ecclesie fulgere manus, quæ pocula uita
 Misceat, & latices cum sanguine porrigat agni.
 Hoc numero delatus honor sublimia secum
 Sacramenta gerit, per quæ me longius ire
 Non patitur mensura uia, ne plura locutus
 Inueniar dixisse minus. sit cura ministris
 Officium librare suum. quo laudis amictu
 Hunc deceat lucere chorum, quem mysticus ordo
 Consecrat in numero, cui dant cœlestia formam
 Promissum seruabo modum. uenerabilis orbi
 Coetus ait, uerbi potius nos conuenit omnes
 Quam mensæ captare cibos. ò gloria diues

Oris apostolici, nunquam permittere plebem
 Virtutum sentire famem. dispersa talenti
 Crescere summa solet. commissa pecunia lingue
 Displicuit cum sola fuit. locus indicat iste
 Quod meliora rudi sint populo secula mentis,
 Quam fusæ per membra dapes, laute quæ peritum
 Nutriat ingenium uerbi pinguedo superni.
 Nam quid corporeæ profunt alimenta saginæ
 Esuriente anima? cuius ieiunia pasci
 Semper ab ore decet, mensam ut tendamus ad illam
 Vberibus uerbis, ad quam conuiuia recumbit
 Qui uestis candore nitet, ut fulcra beata
 Deserat abstractus quisquis deformis ad illam
 Eloquio sordente uenit. ferat esca salutem
 Progrediens de pane poli. gula pectoris ipsum
 Ambiat, atq; animi pleno gustare palato
 Interior festinet homo. ne uilior esset
 Causa relicta tamen, claris tractanda ministris
 Creditur, & numerum tenuit preciosa supernū.

¶ Stephanus lapidatur.
 Ex cap. VII.

Agus gundo de del a



Micat hinc Stephanus, primus qui
 in agone coronam
 Nominis hæres habet. de quo præ
 nuntia palmæ
 Vox cecinit / q; causa dedit. sere
 prælia martyris

Fœlices habitura necesse, ubi gloria pœna est,
 Et cadere est ortus. iugulis quæ parentibus æuam
 Nascitur æternæ complectens munera uitæ.
 Vitæ principium fuit en sine fine beatæ,
 Sic meruisse mori. lapides ludæa rebellis
 In Stephanum lymphata rapis, quæ crimine duro
 Saxea semper eris. hunc deniq; Christus adoptat,
 Ad quem miles ouans per uulnera sacra uocatus
 Sanguine fecit iter. cupiens quæ in præmia uictor
 Hac properare uia niuci metitus honorem
 Callis, ad excelsum pergit fastigia regis.
 Et per tot lapides petreæ coniungitur uni.
 Quis furor iste nouus nulli feritate secundus,
 Parcere nolle pio? uibrantibus acta lacertis
 Saxa iacis. parat ille preces. nec respicit unde
 Grâdo nefanda cadat? qui tēpore mortis amice
 Pro populo peccante rogat. licet omnia tecum

Tela feras, silicesq; graues & pondera libres,
 Quem perimis uicturus erit, qui sine colono
 Seminat exemplum, quo surgit uinea Christi,
 Et calicem domini conuiuia festa coronent,
 Lumina cordis habens caelos conspexit apertos,
 Ne lateatq; Christus agat, pro mariyre surgit,
 Quem tunc stare uidet, confessio nostra sedentem
 Cum soleat celebrare magis, caro uincta tonanti
 In Stephano fauet ipsa sibi, dux praescius armat,
 Quos ad dona uocat, ne quis hic dimicet anceps,
 Corpus in arce dei patuit pro munere testi.
 Ad Sauli posuere pedes uelamina seui,
 Infernum quod hebraeus ait, iam constat utrisq;
 Hinc meritum sentire suum, cum sydera martyr,
 Carnifices infirma petunt, sors prima reuelat,
 Exemplum quae creat, q; talia bella gerenti
 Hoc de fonte fluit, sic occidentibus ut mox
 Tartara succedant, morientibus astra patefiant.

CSIMO Magus pecunias

offert PETRO. Ex

cap. VIII.



Epe sibi socium Petrus facit esse
 Ioannem
 Ecclesie quia uirgo placet, quo
 deniq; iuncto
 Samariae uicina petens baptisam
 undis

Ablutas signauit oues, quibus affuit almus
 Spiritus, & uarias fecit procedere linguas.
 Fonte quidem lotus, sed non in pectore mundus
 Hic fuerat Simo ille magus, quem prodidit orbi
 Poena sequens nescisse fidem, contractibus auri
 Munera uult equare dei, nummis quae referre
 Quod precio mercator emat, quem talia Petrus
 Attentare uidens quis nam te perditte dixit,
 Mouit ad ista furor, domini quod gratia donat
 Ut uenale putes? sensu hoc non sumitur auro.
 Nec licet ut coelum corrupta pecunia quaerat,
 Quam terrae scrutator armat, tibi nulla profecto
 Hac superest in sorte quies, nec ad ista uenire
 Tu poteris pollute dolis, qui cordis amari
 Felle tumens aliena petis, nanq; atria mentis
 Spiritus illa subit, quae simplicitate nitescunt,
 Hac de uoce sacrae lux est manifesta figura.

Ecclesie speciem prestabat machina quondam
 Temporibus constructa Noe, quae sola recepit
 Omne genus, clausisq; ferens baptismatis instar,
 Cum uaga letales pateretur turba procellas,
 Ad uitam conuertit aquas. simul ipsa columbam
 Diluit & coruum, sed non concordia mentis
 Fecit utrosq; pares, hunc guttura plena rapinae
 Subduxere uiae, cupiensq; in funere pasci
 Nil potuit uitae sequi, redit ales amica
 Frugibus, & nullis succumbit naufraga lymphis
 Nutriri de morte timens, studioq; laboris
 Dat documenta pij, quanto teneatur amore
 Plus operi deuota fides, rostriq; modesti
 Pignus oliua fuit, dilectio semper in ore
 Fructum pacis habet, uolitant in fluctibus ambo
 Ex uno sanctoq; sinu, seruantis in aluo
 Purganti uallante freto, tamen exulat unus
 Et reditu cessante perit. non ergo saluti
 Sufficit unda lauans, nisi sit sine felle columba,
 Qui generatur aquis. Simo hic baptismatis undam
 Contingerat, sed coruus erat sua lucra requirens,
 Quae nunquam metuere deum, qui limine templi
 Vendentes arcere solet, meliora sequamur.

Petrus ad ista uocat, qui filius esse columbae
 Dicitur ore dei, meritoq; hac matre creatus
 Ecclesie sublimat opus, de munere prolis
 Nomen habet genitrix, quod spiritus eligit almus
 Alitis innocuae dignatur imagine cerni.

¶ Eunuclus à Philippo bapti-
 zatur. Ex cap. VIII.



Ngelus alloquitur plenum uirtute
 Philippum
 Australem celerare uiam, qua spa-
 do iugatis

Aethiopum pergebat equis, qui fidus in aula
 Reginae seruabat opes, uolat axe citato
 Gaudia fixa petens, currusq; merebitur ipso
 Errorum iactare rotas ò quanta bonorum
 Semina percipies, qui tam preciosam lauacri
 Sumere dona uenis, steriliq; in corpore condis?
 Quod fructu meliore metas. impone Philippum
 Lampadis os quo I. hebraeus ait, qui mentis honorè
 Nomine teste probat, iuuat hunc audire magistrum
 Discipuli qui iura docet, dabit ipse prophetæ
 De quo uerba sonant, quinq; omnia fecerit olim

Qua fuerit nunc parte satus, sic credulus audis;

Ei tibi nascetur, tuq; inde renasceris illi.

Conspectus properatur aquis. ardescere coepit

Bunathi foecunda fides, qui gur gite merfus

Deposuit serpentis onus, plaustrq; cucurrit

Heliae meditatatus iter. non parua figurae

Causa sub obscurae regionis imagine lucet.

Comprobat Heptaticus tedarum fœdere Mosen

Aethiopem sociasse sibi, quem dogmata produnt

Postea eum domino uicinius ore locutum.

Quid mirum si legis amor tunc crescere coepit

Ecclesiae coniuncta fuit quod sponsa perennis

Hac ueniat de gente magis, nec cantica caelant

Quae fusca pulchrâq; uocant. hæc pergit ab austro

Aethiopum qui torret humum Salomonis in ore

Pacificum laudare suum, quo nomine dudum

Signatum estq; Christus habet. iam debita mundo

Custodem præmittit opum, quo pignore gazas

Incipiat proferre suas. thesaurus in illa

Quis potior quam fontis honor? quod diuis auris

Quam locuples sub corde fides? quâ deniq; recte

Præuis huic spado est, quo procedente libido

Pellitur, & capiunt caelestia regna pudici.

¶ Paulus christianos perse
quitur. Ex capi. IX.



Aulus acerba fremens committere
bella Damasci

Iudaica feritate parat, sed ambitur
agnus

Quo properat seuire lupus. fors
leta ruinae est,

In qua culpa cadit, didicit de corpore lapso

In mentis iam stare gradu. cum lumina claudit,

Pectora tunc aperit. celiq; agnoscitur author.

Discedente die. quantum meruere tenebrae?

Post oculos maiora uidet. mirabile seclis

Exemplum dedit alma fides. Anania furorem

Excudit o nona palma. lupum domat ille rapacem,

Hebraeus quem dixit ouem. clamabitur orbi

Hoc praecone Deus, legisque, exutus ab umbra

Sub qua caecus erat, terras lucebit in omnes

Perpetuo de sole calcens. ne desine Saule

Hunc celebrare diem. multorum lumine plena

Nox datur ista tibi, tuq; hic tua nubila portas,

Vt mundi purgare queas. nunc plena figuris

Interius documenta sequar, tectumq; latebris

Aggrediar proferre iubar. q. tempora Saulus
 In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem
 Exempli mensura sui, tandemq. coactum
 Poena magistra docet, dominum ne respuat ultra
 Post triduum superasse chaos, cum coeperit ipse
 Sic uisus reparare suos, quod ab orbibus atris
 Et squamæ cecidere graues, natura quod anguis
 Ferre solet, ratione uiget. Iudæa uenenum
 Semper ab ore uomit crudelior aspide surda,
 Perfidie coluber synagoga sibilatantro.
 Discipulis saluator ait, calcabitis anguem.
 Purior obsequijs ut sit cœlestibus actus,
 Vipereum iacit ante nefas, fœ prælia doctor
 Mox meliora gerit. qui cum superasset iniquas
 Insidias, meruit clausis euadere sportis.
 Sporta solet texi iuncis palmisq. uicissim.
 Tegmina dat Saulo retinens in ore figuram
 Ecclesie nam iuncus aquis. & palma coronis
 Semper inest. inuat ecclesiam baptismatis unda
 Martyriq. cruor. dudum uescente cæterua
 Nutriti sub dente cibi distendere septem
 Sportarum cœpere sinus. tot in orbe profecto
 Ecclesias scriptura canit, q. spiritus illic

Sic

Sic operator adest, & signat nomina uirtus,
 Cum tamen ecclesiam celebremus in omnib. unã.
 Protegit ergo uirum species, cui militat ipse
 Vas in uase manens. atq. hac duce tutus ab hoste
 Egreditur, cunctis doctor qui uincit in armis.

¶ Aeneas paralyticus à Petro
 curatur. Ex cap. IX.



Erui gil excubijs commissi Pe
 trus ouilis
 Postquã cuncta uidens lustra
 uit in ordine sanctos,
 Per Lydiæ tulit arua gradus,
 ubi moenibus astans

Respicit Aeneam defunctis uiuere membris.
 Atq. anima nodis laxata mole solutis
 Non moriente mori. surgens paralytice dixit
 Vectorem compone tuum. ne credere tardes
 Officium portare diu. quo munere uocis
 Stringitur in solidum, qui fluxerat antea neruis
 Tunc iterum formatus homo, longi quæ cadauer
 Temporis extinctos ad uitam surrigit artus,
 Seque leuans uacui linquit monumenta cubilis,

L

Quod misero pars mortis erat, plebs cuncta per illa
 Coepit stare uiam, multisq; superuenit ampla
 Vnius langore salus, tactoq; liquore
 Expulit inclusi sua mox contagia morbi.
 Fonte lauans animas alieno robore firmat.
 Eloquat hinc sacrae quae sint arcana figurae,
 Si mihi corda mouet, cuius uox corpora reddidit.
 Octo q; annorum langoris proditur aetas,
 Iure per hoc tempus membris defecit adeptis,
 Antiqua sub lege iacens iugulantia quippe
 Vulnere semper habent, quorum fit saucius infans
 Octauo ueniente die, sanauit ab illa
 Parte grauem, lacerumq; diu discrimine carnis
 In liquidis solidauit aquis, octauus ut egrum
 Solueret à plagis extincti corporis annus.
 Quo numero ueniente die solempne resurgens
 Iam Christus sacrauit opus, stat temporis usus,
 Sed uoto meliore redux hinc uulnera serpunt.
 Hinc ablata ruunt ibi subdit regula poenis,
 Hinc purgat medicina uadis, spatioq; priora
 Dudum laxa neci stringuntur membra saluti.
 Signatis etiam numero paralyteus annis
 Ille iacebat iners, cui proxima mora Siloa

Heu nullas prestabat aquas, piscina ligata
 Porticibus Iudaea fuit, namq; atria quinq;
 Ad sua claustra tenet per quinq; uolumina Mose
 Legis adepta modum, cuius circumdata gyro
 Debilis aeternum uidit sine munere Iesum
 In libris egrota suis, hinc eripit unum,
 Qui ueniens peccata tulit, quam rite figuram
 Mundus ubiq; gerit, quem postquã sabbata soluens
 Impulit ad fontem, superauit gratia legem
 Petrus ad ecclesiam reuocat documenta magistri.
 Cuius in orbe manu paralyticus exilit unus,
 Et gradiente fide sua uimcula proijcit orbis.

¶ Tabitha à Petro suscitatur. Ex cap. IX.



Et quoq; laude potens coelestibus
 inclyta signis.
 Carmine q; Ioppe canimus, qua
 sede Tabitha
 Mansuras fundebat opes, et
 semper egenis
 Munere mater erat, quae uite tempore clauso
 Ponitur in medio lachrymis plus lota pberetro
 Post funus uictura suum, fiducia Petrum

Euocat ille gercns diuini pignus amoris
 Vt nunquam pietate uacet, quod nota requirunt
 Prestaturus adest. lūgentia tēcta petenti
 Stant inopes uiduiq; greges, & brachia monstrant
 Exuijs onerata suis, quas Dorcadis ipse
 Texuerant dederantq; manus. ò qualia feruens
 Implorat fomenta dolor. non murmure tristi
 Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
 Instrumēta precum, quicquid bona facta merētur,
 Officijs uoluere loqui. uocis quæ repulsam
 Elegere suæ, lateant ne uulnera cordis,
 Quæ lachrymis fecere uiam. facunda gementi
 Materia est dixisse nihil. nimiumq; sonora
 Causa petit, q; lingua tacet. nec cessat ab aure
 Clamosa pulsante fide, qua Petrus adiur
 Qui mentes audire solet. iubet ocyus omnes
 Ire foras, flexo quæ genu fit pronior aruis.
 Tunc magis alta petens Oratio susa tonanti
 Mox sup astra uolat, proprijs quia clauib; intrat.
 Dic ubi sunt mundana tuæ sapientia legis?
 Qua uirtute negas in se corrupta reuerti,
 Quæ uitam de morte uides? ut munera Petrus
 Sentit adesse dei, quibus est reddenda saluti,

Quæ deflcta iacet, satur conuersus ad illam.
 Surge Tabita. uocata redit. luci; reducta
 Se stupuit superesse sibi. quam protinus ipse
 Prendit, & erectam turbis gaudentibus offert.
 Illa manus meruit Peiri contingere dextram,
 Pauperibus quæ larga fuit. qua uita reuertens
 Cetera membra leuat. corpusq; itura per omnem
 Hanc subiit quæ causa fuit si iure mouemur.
 Instaurata dies animæ patet apta figuris.
 Quam nimis antiqui depresserat umbra pericli.
 Ad uocem conuersa Petri. caput ante grauatum
 Legis in obscuræ gremio uelut altera surgens
 Ecclesia præsente leuat, tenebrasq; repellit
 Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
 Non fuerat promissa salus, quia fonte renatis
 Gratia perpetuæ cœpit dare munera uitæ.

¶ Cornelius Cœturio à Petro baptizatus. Ex cap. X.



Aesarea uenerandus erat Corne-
 lius urbe
 Gentili de stirpe satus, quem dedio
 ta causis
 Vita pijs sacrauit aquis, cœpitq;
 gerendo

ARAT. APOSTO. HISTO:

Credere, qui gessit quicquid baptisate lotis
 Consuevit prestare fides, nam missus ab astris
 Angelus hunc adiens summi in conspectu inquit
 Stant domini, quas spargis opes. quæ uerba precaris,
 Præmia ne desint uirtutibus, accipe certam
 Huc Petro ueniente uiam, sic uoce coruscans
 Nuntius æternis fixit mandata lauacris.
 Nona fuit tunc hora, magis qua reclusa hora
 Prodi-ret iam trina fides? quæ tertia simplex
 Hoc iterum ter trina docet, sacræque figuram
 Singula ter faciunt, et ter triplicata fatentur.
 Hæc est nona potens, oculos quæ redidit orbi
 Post tenebras remeante die, cum protulit ortum
 De radijs lux nata Crucis, cunctoque repleuit
 Hoc sine fine iubar, nam mundum constat omni-stu-
 Gentibus esse locum, quibus in baptisate lotis
 Plena reparato fulserunt lumina mundo.
 Hanc solet ille sequi denarius omnia donans,
 Quæ præcepta decem seruantibus arbiter offert,
 Nec sunt ut tardos præcedant ære priores.
 Temporis huius opem, quam sacri fontis adiuit
 Præuius, o utinam nostræ petat actio uite,
 Mortalisque, sibi studium proponat origo,

LIBER. I.

84

Ut credentis amor rerum speculetur honorem
 Et ferat exemplum meritis, qui præbuit uindis.
 Iamque capax fidei Cornelius indice uoto
 Ad Petrum tres ire iubet. confessio trina
 Sic ueniet generantis aquæ, numerumque per ipsum
 Europe atque Asia Libyæque tenebitur orbis.


¶ Petrus iubetur passim oia anima-
 lia comedere. Ex cap. XI.



Rdua progreditur cenacula Pe-
 trus adire
 Iam medio torrente die, locus
 instruit altus
 Despiciensque solum Petrum coe-
 lestia semper

Non terrena sequi, sextæ quoque circulus hora
 Detegit ætatem, qua Christus uenit in orbem
 Largire saluantis opem, numerusque dierum
 Prætulit exemplum, quo condidit antea mundum,
 Quem uetat hac ipsa ueniens ætate redemptor
 Peccati ditione premi, sic denique sexta
 Fertur et illa geri, fessus de calle magister
 Cum putei super ora sedens per uasa puellæ

L iij



Pocula querit aqua equiem facturus ubiq;
 Ecclesie de fonte sua, qua Petrus in hora
 Esurit, ille sitit pius ad sua dona magister
 Ad aere semper amans, cui nominis auxit honorem
 Dat pariter nutrire fidem, letabitur orbis
 Hac saturante fame, quae munere pinguior omni
 Delitiosa fluit, nullumq; reliquit inanem
 Perpetuas latura dapes, qui solvere nossi
 Excute Petre meae retinacula tarda loquela.
 Deq; tuis epulis exhaustae porrige linguae.
 Clauiger aethereus coelum conspexit apertum
 Vfus honore suo, demittitur inde figura
 Vasis, ut in terris sit visio, corpore Petri
 Omnia posse capi, qui quicquam sumit edendum
 Ecclesiae facit esse cibum, praesertur imago
 Quatuor ordinibus se summitentibus una
 Ecclesiae forma est, quae quatuor eminent orbis
 Partibus & laxat totidem praekonibus ora.
 Omne genus retinens uolucrum pecudumq; ferarum
 Reptilium quae simul, mortalibus ista coherent
 Ex meritis uitae quae suis, patet ergo quod auctor
 Iussit in ecclesiae transfundi viscera gentes.
 Macula & macula dum praecipit, abstrabe q; sunt,

Et tibi fac similes, qui uertitur alter habetur.
 Deniq; Saulus obit quia Paulus uiuere coepit.
 Absit Petrus ait, quanta est reuerentia sanctae
 Legis, & esuriens oblatae respuit escas.
 Ter sonuit domini uox, quae dictata saluti est.
 Hoc genitor, natusq; simul, sanctusq; peregit
 Spiritus, huic fidei pugnae cadit Arrius unum
 Personas tris esse negans, Sabellius unum
 Sed patrem confessus ait, qui, deinde uicissim
 Filius & sanctus dicatur spiritus idem,
 Sed totum sit ut ipse pater, quandoq; ordine trino
 Continet unus apex, hic diuidit, ille reliquit.
 Victus uterq; iacet, nam iussio trina monentis
 Personis numerum uir tutibus indicat unum.
 Quo uocat imperio gentes, hoc credere fas est,
 Si uolumus complere fidem, facis omnia Christe
 Sanguine munda tuo, lateris qui fluxit ab ictu
 Discrete coniunctus aqua, maculosus oberrat
 Anguis & extinctum lymphis gemit esse uenenum.

¶ Cornelius baptiza
 tur. Ex cap. XI.



Omperit accitus quæ sit sua
uisio Petrus,
De merito qui nomen habet.
nam Petrus hebræo
Agnosens sermone sonat. pro
munere Christus

Sic uocitare dedit, quo cognoscere patefeat.
Descendit uisurus eos, quos miserat illuc,
Qui laticum quæsitior erat. descendere Petrus.
Dicitur ad plebem ueniens, gentemq; nouellam
Quæ necdū cognorat aquas pars mersa profecto ē
Sacro fonte carens, cuius uia ducit euntes
Ad patriæ melioris opem, qua per gere cessans
Non intrat quo uita uocat comitantibus iisdem
Corneli properat cœlestia regna daturus
Sanctificare domum, genibus quem poplite flexo
Non finit aduolui. gratis dare munera suetus
Arceat honoris opus. caput hinc nouus erigit orbis.
Qui percussus eras antiqui dente parentis.
Natalem quæ tibi fons reddidit, edite rursus
Ne preme colla tuis alienis libera calpis.
Ut primum sari sublimia dogmata Petrus
Cœpit, & æterni mysteria pandere Christi

Magnanimes stupere uiri, uocem quæ sequentes
Inuenere uiam. quid non credentibus offert
Indubitata fides? cui nunquam munera tardant,
Nec faciunt diuina moram. mox spiritus almus
Indulgens uarias opulento munere linguas
Compleuit sine more domum. baptisma frequentat
Petrus, ut ablutos flammis purgaret in undis.
Exemplo caret iste locus, quo spiritus almus
Præuenit, quas sanxit aquas, qui talia semper
Addere dona solet. solis quæ ex fonte renatis
Imposita properare manu. gerit ista uicissim,
Ne quisquam putet esse suum, meritis quæ uenire
Quod uariat qui sponte parat. nam spiritus almus
Nescia mensuræ fert præmia, plus quæ ministrans
Quam sperantis erat præcedit gratia uotum.

¶ Petrus hierosolimā redit. Ex cap. XI:



Erueit hinc abiens sublimem Pe-
trus in urbem,
Quæ retinet uexilla crucis. plebs
cuncta requirit
Gentibus unde salus. aperit quibꝰ
omnia doctor,

Subiungensq; monet, nunquam fas esse negari
 Quæ ueniunt bonitate dei, sententia uoce
 Digna p̄i monstrare palam custodis amorem,
 Ut uelit ad cunctos coelestia regna patere,
 Qui tenet has sine fine fores, quid turba querelis
 Gaudia nostra teris? nō sunt noua munera Petro
 Per sepe assignata prius, cum nominis almi
 Huic Christus dat laude frui, quem iura locauit
 Ecclesie portare suæ, cum litore naues
 Prospiciens astare duas, præcepta ministrans
 In Petri uult puppe uehi, synagoga profecto
 Sicca remansit humi, postquam doctrina magistris
 Ecclesie dedit alta sequi, stat perfida terris
 Iam pelago corrente fide sua, quippe figura
 Hæsit utriq; rati, Ioseph Iudæa uocabat
 Hunc natum cui Petrus ait, tu Christe probaris
 Filius esse Dei, pars hæc desigitur aruis,
 Quæ cecidit terrena sequens, processit in altum,
 Quæ creuit diuina loquens, cum pisce sine ullo
 In tenebris captura fuit, nam tempore lucis
 Lux q; Christus adest, spoliat uada falsa drachonis,
 Ut cunctos ad litus agant sacra retia fontis,
 Et de cærulei rapiantur fauce profundi.

Nouerat, inde leuat, lateri subnexuit arce
 Ostia sancta Noe clausis animalibus, hinc est
 Diluuiο uastante salus, producitur Eua
 Dormitante uiro lateris generata propago
 Nomen habens uitæ, si nunquam culpa fuisset,
 Sic mansura magis, Christus post mysticus Adam
 Dignatus dare mēbra cruci, atq; in carne perēpta
 Morte premi, qua uita redit, noua dona liquoris
 Per lateris sacravit iter, nunc angelus illa
 Petrum parte uocat, mens credat ut omnis in ipso
 Ecclesie constare decus, teneatq; superno
 Assertore fidem, quo calciamenta monente
 Hi meruere pedes tetigit quos dextra magistris
 Quæ totum mundauit aquis, gradientibus illis
 Goncluse cessere fores, putat omnia somno
 Ludificante geri, cui præmia uera parauit
 Maestas ignara doli, iam ferrea claustris
 Porta patet, rigidis laxant sua uincula postes
 Gentibus abscondens duræ feritatis acumen,
 Aspera cuncta domat, ne iam uia fixa uetaret
 Orbis iter, quo cursus erit, dic gloria rerum,
 Ferrea quid mirum si cedunt hostia Petro,
 Quem Deus æthereæ custodem deputat aule,

Ecclesiæq; suæ faciens retinere cacumen
 Infernum superare iubet, mox liber ab hoste
 Diuinum celebravit opus, quem prima puella
 A tenebris remeare probat, quia gratia Christi
 Rem dedit esse parem. uisus adit ipse resurgens
 Fœmineos. loquitur redeuntis gloria carnis
 Ad sexum quem mater habet. patet hinc quoq; uatē
 Ecclesiam sensisse suum, quæ gaudia portet
 In cunctum diffusa gregem. quis talia fando
 Explicet, aut uerbis attollat pondera rerum?
 Maximus ille pauor gelidos qui strinxerat artus,
 Letitiæ mensuræ fuit. manet omne per æuum
 Pignoris huius apex, & syderis obtinet instar,
 Corpore q; Petrus sacravit, & angelus ore.
 His solidata fides, his est tibi Roma catenis
 Perpetuata salus. harum circumdata nexu
 Libera semper eris. quid enim non uincula præstāt,
 Quæ tetigit qui cuncta potest absoluere, cuius
 Hæc inuicta manu uel religiosa triumpho
 Moenia nōnullo penitus quatiantur ab hoste.
 Claudit iter bellis, qui portam pandit in astris.

¶ Finis primi libri ARATORIS.

Arato

CARATORIS SVBDIACONI
 ROMANAE Ecclesiæ Cardinalis
 APOSTOLICAE HIS-
 toriæ. LIBER. II.

PAVLVVS PAPHI PRO-
 consulem baptizat. Ex
 capi. XIII.



Piritus accensam uerbo ra-
 diante lucernam
 Sub modio lucere uetans,
 fecernite Saulum
 Dixit in oris opus. quem
 mox sacravit cuntem
 Imposita Petrus ille manu
 cui sermo magistri

Omnia posse dedit. Cyprū salamina quæ linquens
 Pergit adire Paphum, quæ fertur amoribus olim
 Dedita sacrilegæ mansisse libidinis antrum,

M

Aligeros que uagos studio celuisse procaci.
 Hinc operum procedit apex, quia gratia maior
 Ad delicta uenit. culpas huius posse remitti
 Exemplum iam Paulus erat. quā splendida laudū
 Materia est adiecta uiro. primordia casta
 In luxus regione serit, fructusq; pudicos
 Multiplicat lasciuus ager. cui nescia post hæc
 Difficilisq; foret, cum sic uideatur honestas
 De turpi cœpisse loco. pars nequa uacaret
 A meritis iciuna, tamen molitur iniquus
 Eloquio certare magus. contraria semper
 Virtuti fecere uiam. iaculata retorquens
 Ecclesie bellator ait. fallacia monstrant
 Quo percas genitore satus. confinia mortis
 In tenebris patiere tuis. neq; cernere solem
 Tempus adusque datur, rerūq; attedere formas,
 Artificem quibus esse negas. tunc nubila uultum
 Cæruleis fixere notis, & pectoris atri
 Venit in ora color. quærit iam calle negato,
 Quo duce tutus eat. cuius pede gressibus instet.
 Quis tribuat miseratus opem. uacuas que p̄ auras
 Erroris palpauit iter. proconsule Paulus
 Mox didicit lucrere fidem, cui causa uidendi

Nox aliena fuit. non sunt noua Paule salutis
 Obsequia. è tenebris lucem bene surgere nosti.
 Omnia secretam reserant documenta figuram,
 Si libeat uigili pulsare latentia sensu.
 Iure docens Paulus miracula condere cœpit
 Ex oculis, iubar unde sui micat altius oris
 Amisso crescente die. sic nuper iniquum
 Subdere dignus erat, tenebrisq; fatentibus hostem
 Vincere, qui cæcus meruit sine fine uidere.

¶ Paulus Antiochie prædicat. Ex cap. XIII.



Ntiochi dictam de nomine uisit
 tat urbem
 Paulus, & extemplo properat
 dare uerba cateruis
 Quas synagoga tenet. dextraq;
 silentia mandans
 Nostis ait, patribus tellus Aegyptia nostris
 Quæ posuit feritate in gum, crudelibus aruis
 Quos rapuit per signa Deus. quibus omnia cedens
 Mutauit natura uices, cum uirga fugauit
 Terga maris, fluctusq; suis stetit exul ab oris
 Pulcreo de calle placens pontiq; facultas

Obsequio est subiecta pedum, redeunte profundo
 Naufragium factura reis, quæ uertere iussa
 Per uarios sua iura modos his strauit arenas.
 His cumulat aquas iustis uia, fontibus unda.
 Cum percussa silex uenit spumauit apertis
 Aequoreos enixa lacus de uertice siccio
 Flumineum largita uadum, non pristina morem
 Gessit origo suum, ueterem nec præbuit usum
 Dona nouella ferens, quam lex æterna coegit
 Non innata sequi, disiuunctaq; semina monstrat
 Posse dari de rore dapes, de caute liquores,
 Nam ne pauca pijs fluerent miracula causis,
 Saxa uomunt latices, & inundant nubila panes:
 Aereusq; liquor solidis induruit escis.
 Quæq; diu uacuas tenuerunt agmina fauces,
 Frugiferis saturantur aquis, nimbicq; coloni
 Dant epulas, pluuiaq; uorant, & manditur imber.
 Sic inuicta manus, sic gratia plena creantis
 Scit querulos nutrire greges, & ponere sacros
 In patria meliore choros, ut uentris amoeni
 Fructus ad æternæ florescat semina uitæ.
 Dauidica nam stirpe satus genitrice Maria
 Christus adest, quem tota cantant oracula uatum

Venturum sub carne Deum, seseq; creantem
 Virgineos intrare sinus, euoluite quicquid
 Sabbata uestra tegunt, typicæ documenta figuræ
 Perspicitis fulgere sacri præsepibus agni,
 Cuius ab igne senes hausserunt dicta prophætæ,
 Et dedit ante loqui quod coepit postea nasci.
 Clamauit uirtute potens baptista Ioannes.
 Non ego sum, post me ueniet, cui tangere non sum
 Calciamenta pedum dignus, neq; soluere summâ,
 Quæ ligat excelsas humilis corrigia plantas.
 Quam bene uox Pauli cecinit præcepta lauacri
 Permiscens antiqua nouis, nec epistola cessat
 Hæc iterare docens, patres baptismate nostri
 In rubro fulsere freta sub nomine Mosæ
 Per legem, cum petra simul sequeretur euntes.
 Nâ petra christus erat, Quid adhuc gês surda regris?
 In libris sonat ecce tuis, ne credere tardes.
 Consule signa maris, quæ mystica dona susurrant
 Temporibus uentura crucis, cum sanguine Iesus
 Tinxit aquas, laterisq; uno de uulnere fluxit,
 Quæ uitæ tria dona daret, robur equoris ille
 Causa futura fuit, sic conditor abluuit omnes,
 Sic emit, hic precij color est in gurgite ponti.



ARAT. APOSTO. HISTO.

Apparentq; in uado miracula debita ligno.

¶ Paulus iterum coram iudeis prædicat. Ex cap. XIII.



Aepius obscuris radios infunde
re feruens

Mentibus hæc rursus memora
uit in ordine Paulus,

Postquam signa Dei carnis ue
stus amictu

Christus ubiq; dedit faciens manifesta, q; orbi
Venerit ipse salus, stimulis agitata furoris
Impia turba fremens petit hunc à iure Pilati
Suspendi. figiq; cruci, terrena propago
Vota quod optanti non possunt omnia ferre,
Sponte salutiferi cesserunt munera Christi
Qui libertatis precium tibi uenit ab astris
Perdita restituens, tumulisq; iacencia tollens
Respice quam proprio maneat obnoxia regi,
Ne pereas, uult ipse mori, post tristia fata
Quin etiam custode dato signare sepulchrum
Ad geminum uoluere nefas, dominoq; paratam
Surgenti damnare uiam, pro cæca uoluntas,
Que putat æternum mortali lege teneri,

LIBER. II.

92

Et non posse sibi post funera reddere membra,
Qui toties aliena leuat, meministis ab ore
Dauidica resonare lyrae, corrupta uctabis
Sanctum nosse tuum, poterat ne in puluere lecti
Ferre moras, qui uita manet? quem suscitât author
Nil patiens de morte Deus? mors deniq; uicta est
Vincendi transgressa modum, quæ iudice tacto
Linquere iussa reos spolijs uacuata uetustis
Per sua bella cadit, ueniensq; absolucere uinctos
Non retinendus erat, fors ultima coepit auerni
Iam uita præsentem mori, quæq; omnia subdens
Ante fuit, tunc ipsa perit, triduoq; peracto
Lucis iter quod fecit adit, quo tota resurgit
In domino natura suo, de lege uidetis
Laxari non posse necesse, hunc querite, cuius
Sanguine mundati regno sociamur herili,
In cuius iam parte sumus, sub pignore carnis
Quam uoluit portare Deus, tunc dogmata quosdã
Ecclesie dant ista uiros, uetere loquelas
Vlterius proferre pius, ò semper inanis
Osterilis Iudæa tibi, quæ semina uitas,
Ne fructus afferre queas, quibus ore magistro
Paulus ait, uos ista quidem, uos nosse deceret.

M iiii

Ast alijs hoc lumen erit. nam scripta fatentur.
 Lumen in extremis posui te gentibus esse.
 Gentiles stupuere globi, fontemq; secuti
 Sumere promissæ cupiunt nouitatis honorem,
 Et lymphæ genitrice sati meruere renasci.
 Compellor ratione loci pro munere tanto
 Historiæ pulsare fidem, quæ prodidit olim
 Cum populos gentesq; duas in uentre rebecca
 Ferret, & angustis includeret agmina muris,
 Consuleretq; rogans oranti corde tonantem,
 Responsum metuisse dei. prior inquit in istis
 Inferior breuiorq; manet, maiorq; minori
 Seruiet, & iuuenis palma potietur honore,
 Quicquid in hoc utero fecunda puerpera gessit,
 Ecclesiæ conceptus habet, formâq; sequentem
 Gentilis concursus agit, qui crescit in aluo,
 In qua uictor erit. quod iam meminisse necesse est,
 Et studijs celebrare bonis famulemur ut illi,
 Cuius ab affectu nos contingit ante uocari,
 Quam nasci, qui dona prius, quã tempora præstat.

¶ PA VLVS Listris claudum
 curat. Ex cap. XIII.



Amq; lycæonios incedens passim
 bus agros
 Listram Paulus adit. fuit hac
 tunc clodus in urbe
 Supplicio comitante satus, uestigia ferre

Nescius ex utero. membri pars cœperat ægri
 Se nascente mori. comperto dogmate Pauli
 Quo monitore piæ tendunt ad sidera mentes,
 Mox uoluit diuina sequi. bene clode iacebas
 Has primum graditure uias. petis æthera sensu,
 Cum necdum mouearis humo, pedibusq; negatis
 Longius ire uales. Paulus speculatus in imo
 Pectore quid caperet, clodiq; fidelis amorem
 In uerbo iam stare dei, sic clarius inquit.
 Surge citus, tectusq; tuis imponere plantis.
 Exequitur præcepta salus, & calle nouello
 Pro greditur persona uetus, motuq; frequenti
 Pulsat ubiq; solum. perq; omnia currere tentans
 Sepe timet quod nescit iter. modo gressibus ortus
 Annoso langore senex. quod ut agmina cernunt,
 Exclamant, diuumq; uocant, ac ferta ministrant,
 Et mactanda feri procedit uictima tauri.

Paulus ad hæc tunicam rumpit festinus. aperta
 Sic prohibens ratione uiros. Solemnia nobis
 Cur precor ista datis? fragili quos corpore constat
 Terrena sub lege premi. fuit impius olim
 Religionis honor, cum numina fusca metallis
 Artifices timuere sui, cum templa dicarent
 Abscis de rupe deis. tunc forte licebat
 Innocuos mactare greges, fibrasq; tepentes
 Consulere, & uocem pecudis morientis in extis
 Querere. nunc libeat uanis cessantibus aris
 Aeterno parere deo, qui semina uitæ
 Præbuit, & uarijs prouentibus arua locauit.
 Cuius ab imperio plenis consurgit aristis
 De grano moriente seges, palmes que recisus
 Vulnere conceptas fecundius educat uuas.
 Quo moderante polum succedunt solibus imbres,
 Tempora temporibus, que cum fugitiua recurrunt
 Post sua terga, uagi constantia permanet anni.
 Discite iam uerum sacra de uirgine natum
 In terris celebrare Deum. nec uota feratis
 Lanigero damnosa gregi quos liberat agnus
 Vnicus, ablutum qui sanguine comparat orbem,
 His diælis instructa fides, sed corporis usus

In geminum processit opus. duplicemq; figuram
 Persona una salus. toto quod in equore mundi
 Ecclesie duo sunt populi, per uerba duorum
 Cui plenas captura duas facit esse carinas.
 Namq; hæc humano generi collata uicissim
 Claudorum docuere pedes, quibus astat imago
 Singula queq; gerens populo cõmunis utriq;
 Quem Petrus antiquis tribuit consurgere plantis.
 Ad portam uicinus erat. gens uenit ab illo
 Circuncisa loco, psalmi, lex, atq; prophete.
 Cui Christi cecinerunt diem. quam Paulus ab aruis
 Erigit, ad templi nunquam confederat ædes
 Longinqua tellure iacens. qui a gentibus orsus
 Cœpit ab ore pio solidæ uestigia mentis
 In turbas proferre rudes populo que mederi:
 Quem latuit uox prisca Dei. sic clodus uterq;
 Cum properat genus omne leuat. gentis que salutem
 Personæ signauit iter. que gloria rerum
 Contulit ut Petro Paulum gerat ordo secundum
 Qui fundamentis manet architectus in illis.
 Ut tamen authoris memoremus ad omnia laudes,
 Ii duo sunt cæci properantibus undiq; turbis,
 Qui domino dixerunt simul. fili optime David

Da tenebras exire graues, da cernere lucem,
 Quam nescimus adhuc. subitum tunc illa medele
 Semper amica manus iubar intulit, atq; reliquit
 Nox oculos, exulq; dies illuminat orbes,
 Expauit quæ redire inopia crepuscula uisus.
 Hos populos liquet esse duos, quos noxia uene
 Cæcauit natura suæ. clementia Iesu
 Cum celebravit iter, cum tempora carnis habere
 Se uoluit, de luce noua, purgat que figuram,
 Quam delicta dabant. moxq; integra fulsit imago,
 Quæ meruit sentire Deum. pars iuncta cerebro
 Maxima sunt oculi. creat hos in munere Christus,
 Qui caput est splendor rerum est. pars omnibus ima
 Sunt in fine pedes, hos sanat in aggere cura
 Vocis apostolicæ. quoniam speciosa uocantur,
 Quæ pacem cunctis portant uestigia terris.
 Exortum est lumen tenebris. per dona magistri
 Ii statuunt gressus, quibus est fors tradita uerbi,
 Ut uigeat medicina sequens bonitate prioris,
 Paulatim quæ salus in totum transeat orbem.

¶ De non circumcidendis bapti
 zandis. Ex capi.



Am rabidas hominum Paulus
 superauerat iras
 Velificante fide, subitas uomue
 re procellas
 Iudaica de nube doli, non primi
 tus ulli

Posse lauacra dari, quam circumcisio carnis
 Accedat de lege Dei. gens dura quid ultra
 Ad lapides ferrumq; uocas? hæc umbra figure
 Non species mansura fuit. simulata relinque,
 Quæ iam cer ta uides. Christi processit ab ore
 Vita manens, omnes que iubet de fonte renasci.
 Qui ueniunt cur membra secent, parte que resoluât,
 Cum totum saluare queant ne quære uetusto
 More premi nouitatis opem, deflexaq; retro
 Lumina constitui, postquam uia rectior omnes
 Dirigit, et cæsis illustrat sentibus orbem.
 Lite sub ambigua Paulus loca tendit ad urbis,
 Cui radiant monimenta crucis. sanctosq; reuisit
 Iuris apostolici proceres. quibus omnia presens
 Quæ sunt gesta refert. Petrus cui maxima cura est
 Commissos augere gre ges, ad pascea cunctos
 Se duce læta uocans has explicat ore loquelas,

Cernitis aeternum seclis memorata uetustis,
 Quae populo docti cecinerunt ore prophetae,
 In nobis complectere Deum, qui maluit emptor
 Omnibus esse salus, nullum discernere passus
 In precio, quo uita redit, mihi iussit apertam
 Gentibus hanc monstrare uiam. quid uota morari
 Tardariq; iuuat? quid ne haec enigmata prodest
 Miseri cum luce noua? quos gratia purgat,
 Ut ueniant, lex nulla uetat. coelestis amoris
 Materia est festina fides. hanc Christus adoptat.
 Hanc facit esse suam, qua quisq; merebitur uti.
 Circuncisus adest. & iure renascitur undis
 Pastorem statuere sequi. placet ergo ministros
 Ire simul, scriptisq; pijs absoluere gentes,
 Hoc illis non stare iugum, tamen esse cauendum,
 Ne simulacra colant, quorum libamina semper
 Execranda forent, ne suffocata cruore
 Quae maculantur, edant, ne senior hoste libido
 Hos impura premat, quos lux baptisinate mundat.
 Clarius ut liqueant huius documenta figurae,
 Et progressa prius cur iam discedat imago,
 Principium meminisse iuuat. deus inquit Habraa
 Ut testamentum tibi nunc sobolique perenne

Constituas in carne meum, praepudia ferro
 Circuncide libens, & foedera nocte superna.
 Secretam scrutemur opem. uideamus in isto
 Vulnere pacta Dei, quae testamenta recondit
 Praescius, ut terris consortia iungat olympi.
 Quae dixit iurare puer, qui primus ad undam
 Repperit ecclesiae cur rentem fonte Rebecam.
 Corporis ille locus quo circunciditur Abram
 Luxuriam lasciuus habet, uitijq; minister
 Naturae sub lege iacet. pater ipse futurus
 Seminis unde salus ad uitam pullulat orbis,
 Euacuat, quod culpa grauat. truncata libido
 Virgineam promittit opus. haec namq; propago
 Diuinum concepit iter. hinc sacra Maria est
 Ad partum generata nouum, quae coniugis experta
 Mater inest, natusq; Dei de uirginis aluo
 Emicat, atq; hominem mediator in omnia complet
 Hinc terrena leuans, illinc coelestia prestans.
 Praeterit ergo uetus Christo nascente figura.
 Haec facies ius omne nouat, cultroq; sugato
 Spiritus ardescens cor circuncidit in undis,
 Qui sanantur aquis, ne figant uulnera membris.
 ¶ Paulus in Macedonia proficiscitur. Ex cap.



Escius interea curis laxare quietem

Paulus in orbe docet, uerbiq; ligonibus omnes

Excolit, & fidei cogit flauescere messem

Errorem fugiente gelu. quem spiritus almus

Hæc Asiae proferre uetat. nec Moesia qui uit

Diuēs agris huius tunc semina ferre salutis

Fœcunda ieiuna solo. uir quippe macedo

In somnis hæc uisus ait. miserere precamur

Illyricos dignare sinus. o gratia quantum

Improuisa parat. subito flammantur amore.

Qui positum iam tempus habent. sic nocte fugata

Doctiloquus conuertit iter, fructuq; loquela

Vescitur esuriens Macedonia, perq; soporis

Dona salutiferam meruit comprehendere lingua.

Questio crebra sonat, si plenus munere largo

Predicat omnipotens, nõ ueni perdere mundum,

Sed saluare magis, faciat quæ causa negari

Hæc alijs, alijsq; dari, cum prodiga Iesu

In commune uelit pietas succurrere cunctis.

Suppetit affatim exemplorum copia, nosq;

Lechio

Lechio multiplicem docet hac in parte figuram,

De qua pauca canam, Luca narrante relatum.

E populo quidam Christo comes ire rogabat,

Quem secum prodire uetat. qui deinde tacentem

Sponte uocat. nouit mundans interna magister,

Quæ uerbū iam corda ferant, quos obstruat intus

Error iniquus adhuc, ut tunc doctrina ministret

Officiū, cum tuta uenit. ne sancta quod inquit

Incipiant uiolare canes, cœnoq; grauati

In margaritis uertant contagia porci.

Altera res etiam superest in carmine dura.

Sed quibus ex ueteri patuerunt omnia forte,

Ore datas tenui facile est aduertere guttas.

Exodus ille liber memorat uelamina sacri

Pontificis, quæ nempæ queat splendescere ueste,

Officij; habitum nitido componere cultu.

Quis segmentatus medijs altaribus adstet,

Quas inter species parili numerantur amictu

In femore exuuiæ. quibus indumenta pudoris

Progrediens ad templa locet, studeatq; sacerdos

Obstrictis renibus mysteria castus adire.

Quod statuit lex prisca magis deuincta que iussit

Tunc hæc membra tegi, quæ possidet atra libido,

N

Cum properat libare Deo. laxata relinquens
 Coniugio post sacra tantum. ne partior usus
 Ad sobolis non staret opus. steriliq; marito
 Connubij frigeret amor. cum certa propago
 Hoc solemne gerens nullos admitteret unquam
 Externa de stirpe uiros. ubi nomine prisco
 Ex actis perdurat honor. proles que per æuum
 Sanctificanda redit uicibus supplenda creandi
 Ecclesie nunc alma fides sine fine pudicos
 Pontifices iubet esse suos. & querit in omni
 Cauta tribu. quos rite probet. nec sanguinis iste
 Sed meriti successor erit. tamen illa figura
 Qua sine nulla uetus subsistit litera. demum
 Hac melius nouitate manet. uariat que & recurrens
 Alterna ratione uices. ne forte sacerdos
 Tunc generare uelit. cum necdum mente capaces
 Cernit adesse greges. cum que instat nobilis ardor.
 Discendi que fames. ut apertius ora resoluat.
 Ne quisquam ieiunus eat. nam semine uerbi
 Prolem posse dari. Paulus quoq; sepius inquit.
 Filioli dicendo mei. iuuat ergo parumper
 Eloquium genitale premi. studiumq; docentem
 Dispensare suum laxans pro tempore uires

Ingenij. stricta sq; ferens. ne fusa prophanii
 Conculcata. terant; mundatis sancta reseruans.
 Fas uetat inde queri. culpis hoc imputet Adæ
 Venæ pœna suæ. quid enim rea fauce parentum
 Progenies sibi iure petat. sator ille benignus
 Ni donare uelit? quicquid temerarius error
 Corrupto natale tulit. uia sola salutis
 Affectus parcentis erit. miseratio semper
 Conditione caret. præstans indebita Christus
 His pius accelerat. iustus que his munera tardat.

¶ Phœbas Paulum agnoscit Dei ministrum. Ex capitu.



N macedum terris cum moenia
 nota Philippi
 Doctoris celebraret iter. baceba
 ta puella
 Sub stimulo pythonis ait. Paulus
 lum esse ministrum

Aeterni scitote Dei. professio uera
 Mendaci de teste sonat. uocemq; fidellem
 Perfidus auctor habet. sed non desertur honori.
 Quod cogit formido loqui. nec mente coheret

Nudus amore timor. Paulus miseratus ab atro
 Demone corda premi, nolens que licere prophano
 Diuinas aperire uias, fuge dixit, & istam
 Vltimus tentare caue. nil iussa moratus
 Hostis abest, uacuamq; domum professor iniquus
 Deserit, ac profugo mulier sanata periclo
 Conticuit de laude uiri. quæ coepta peregit.
 Plus que tacens hoc esse docet. de munere uulgi
 Hæc quæstum faciebat heris. quos turbidus implet:
 Quo caret illa furor, populi que procacis in aure
 Seditione fremunt, Romanis obuia sacris
 Sacra dari, ritus que nouos exire per orbem,
 Et ueteres cecidisse deos. tunc agmina raptim
 Fustibus innumeris eliso corpore Pauli
 Conueniunt, ubi carcer erat. quem sedibus imis
 Includunt comitante sylla, uestigia quorum
 Ligno mersa cauo unclis tenuere beatis.
 O felix de clade locus, cui clara resurgent
 Lumina pro tenebris. in quo dedit esse perennem
 Nox antiqua diem. niueam translatus in aulam
 Ecclesiæ, cunctis que ferens modo dona salutis,
 Quam bene carcer erat. tota concutitur urbe.
 Qui primus noua tecta petat. quiue oscula figat

Postibus. & tacta sacretur parte chylindri.
 Iam nocturna quies per corpora serpere festa
 Coeperat. exiliij tellus imitata ruinam
 Visceribus concussa suis, & claustra relaxans.
 Mota uagatur humus. seuitq; canentibus hymnū
 Tempestas famulata soli. prob. quanta patescis
 A nullo superanda fides. ueniente periclo
 Poena fugit, geminoq; metu discrimina crescant,
 Ut perdant tormenta locum. tremefactus ab alto
 Excutiens sua membra toro cum libera custos
 Cerneret antra necis, gladij mucrone relecto
 In iugulum uult ferre manum. sed non licet illi
 Paulo teste mori, cuius solamine uitam
 Repperit. atq; suo meruit de carcere solui,
 Descendensq; domum sacris fomenta ministrat
 Vulneribus, liquidamq; parat sibi reditus undam
 Coelestem tacturus aquam. nam corde saluti
 Figere Paulus amans cunctos simul amne fluenti
 Diluit, etheri patuit cui luminis ante
 Gratia non perimi, creuit post uita renasci.
 Blandiloquis olim capta est sermonibus Eua
 Deceptura uirum, nunc improbus ora puella
 Qui tunc demon agit repetens ad crimina sexum,

De quo præda fuit, multis uentura canendo
 Peccati conceptor erat, sed Apostolus Adam
 Lam melior cœleste leuans in imagine signum
 Qui fuerat terrenus homo, nec certa recepit,
 Nā fallit quod ab hoste uenit, metuamus ut omnes
 Hoc audire nefas, nec corrupamur amari
 Melle doli, si uera canat, qui falsa ministrat.

¶ Paulus Athenis cōcionatur. Ex cap. XVII,



Ngenijs claras **L** linguis Paue
 lus Athenas
 Ingreditur, tumidamq; feris cō
 flicibus urbem
 Eloquio torrente premit, quem
 turba profari

Doctiſonīs mirata modis, quibus inquit ab oris
 Verborum fluit iſte ſator? plebs neſcia Paulum
 Semina ferre uocat, fruitur que errore magiſtro
 Vera loquens, nanq; hic faciundus in orbe uiator
 Ambulat, atq; colit, cuius labor omnibus inſtat,
 Vt creſcat diuinus a ger, purgataq; fructum
 Mens humana ferat, lolij ne ſordeat herbis,
 Quam ſegetes portare decet, manus emula cogit

Ad præceres hunc ire ſimul, quibus edidit aſtans.
 Cecropidæ quos fama canit ſermone diſerto
 Gymnaſijs uernare ſuis, ubi præſidet altus
 Sacrilegæ nouitatis amor, uos cernimus aram
 Ignoto poſuiſſe Deo, qui condidit aſtra,
 Qui pelagus terrasq; dedit, quem uita parentem
 Vt moueamur habet, cuius ſpiramus ab igne,
 Cuius imago ſumus, de quo cecinere poete
 Hinc hominū conſtare genus, quē prædico, cuncta
 Sanxit ab ore ſuo, cur hæc diuina uocatis,
 Quæ facitis, uacuoq; metu cœleſte putatis
 Auxilium, quod gignit humus? natura metalli
 Viſceribus iacet ima ſoli, quibus eruta ſumit
 Ingenij fabricantis opem, ſeu numina templis
 Hinc ueniant, ſeu uafa focus, ſibi cauſa timoris
 Ars operata Deos, dominum ſuper omnia fuſum
 Claudere nemo poteſt, paruis que arctare figuris.
 Quod capitur minus eſt ſpatio capientis, in auro
 Materia eſt, opifex rerum non ſuſtinet uſum.
 Quem ſimulant, quos ipſe creat, quam dura luetis
 Crimina, quam ſtultam ſeſe ſapientia ueſtra
 Iudicij eſt cenſura die cum corpora Chriſtus
 Sur gere cuncta iubet, tormenta que ſine carebunt.

Ut que reos cruciet, seruet quos deuoret ignis;
 Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus,
 Et commissa sibi coram, hac examinat ultor,
 Qua uoluit moriente pati, quam funeris expers
 Viuificare uolens post tartara reddidit astris.
 Hæc multos ad dona uocant. Dionysius ipse
 Primus in arce soli noua præmia iungit honori,
 Complexusq; fidem sic incipit esse sophista.
 O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob
 Nomen habere tibi, quid iam remanebit in orbe:
 Quod non ore trabas? postquã solertia graia,
 Cessit, & inuictas in dogmate uincis athenas
 Cur epicureus, uel Stoicus impia soli
 Bella cient? referare opus est, quo nomine multi
 Sectarum coiere greges, uitam ambo beatam
 Elegere sequi, quam corpore diligit alter,
 Hic animi uirtute colit, dat & actio Pauli
 Ad uitam præcepta piam, sic themate iuncto
 Hi magis alternis soluerunt uocibus ora.
 Corporis atq; animæ commissus partibus extat
 Plenus homo, sed nunc studijs diuersa sequentes
 Ambo uolūt? quod neuter habet, uas lumine plenū
 Subdit utrumq; Deo, uideo clamans caro menti.

Quam sit iniqua mee, rursusq; salubriter infit.
 Non propria de parte geri quod gratia donat.
 Hoc celebremus iter, uita quia Christus, & ipse
 Se uocat esse uiam, per se gradiamur ut ad se.
 Sanctaq; ne pedibus possit cessare lucerna,
 Præco datus fidei uestigia suggerit orbi.

¶ Paulus Corinthios ad Christi fidem
 conuertit, Ex capi, XVIII.



Ttica discedēs iam liq̄rat agmi
 na Paulus
 Eloquijs superata pijs, bimarissq;
 Corinthi
 Moenia iuncta petens populosam
 repperit urbem,

Quæ licet alterni contineret æquoris undas,
 Perpetuas sitiebat aquas, ibi ponticus ille
 Aquila tunc præceptor erat, uir plurima laudis
 Instrumenta gerens, cuius se Paulus amico
 Contulit hospitio, sociam dignatus adire
 Artis amore domum, nam scenifactor uterq;
 Pollebant operis studijs & dogmate legis.
 Christus ait, nunc Paule doce, non obuiat ullus

Me comitante tibi, quæ sit mihi moenibus istis
 Turba uides, insiste loquens, ego pectora firmo.
 Ista monent, nullos unquam de munere tardo
 Posse queri, gratis quod dat clementia Christi.
 Tecta subambiguo lateat ne forte figura,
 Qua dabitur ratione canam, de nomine sepe
 Argumenta trahi, documenta que maxima gigni
 Scripturæ cecinere pie, iuuat altius ergo
 Querere, qui Paulo carus coniungitur hospes
 Factus in arte comes, sub cuius imagine cause
 Sic uocitatus erat, quali ne decorus honore est
 Hac quoque parte placens, Aquilæ natura fidelis
 Sponte gerit, quod forma, tenet, nam debilis æuo
 Et declinatis semo iam uisibus ales
 Flammiuomo sub sole iacet, pennasque grauat
 Eius in igne fouet, nocturna que lumina pandit,
 Atque oculos radijs ardentibus ingerit ægros
 Ad ueterem reditura diem, sic dona caloris
 Languida sumit auis, cuius de fomite uires
 Accipit, et prisca reparat dispendia sæcli.
 Cui ne sola forent, quæ feruidus incutit æstus,
 Per laticum purgata uadum ter mer gitor undis,
 Et senium deponit aquis, iuuenem que decoris

Effigiem de fonte leuat, quis apertior actus
 Religionis erit, cum ueri lumine solis
 Tangimur, antiqui contagia soluimus æui
 Accendente fide, lymphæ mox matre renati
 Conspicimur nouitate rudes, infantia rursus
 Fit cecidua seni, gemino manantibus ortu
 Hic melior natalis adest, bene conscius huius
 Alitis exemplo, quem spiritus egit opimam
 In cithara uersare manum, renouaberis inquit
 More aquilæ, qua lege datur sentire, probatis
 Laude placere typi, quod firmant cantica iusti,
 Nec uacat ars Pauli socio celebrata sub ipso
 Secreti uirtute boni, tentoria quippe
 Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis.
 Longius hæc abiens peregrinus ubique, uiator
 Erigit, atque hyemes soles que his pellibus arces,
 Nos quoque per culpam prima de sede repulsi
 Exilio mundi iacimur, uia reddita tandem est,
 Qua patriæ repetamus iter, munimina nobis
 In castris sint Paule tuis, ne criminis imbres
 Tempestas mundana ferat, scelerumque uapores
 Ignitus tentator agat, sub tegmine tali
 Tuta salus nullum discriminis excipit ictum,

Nec prostrata feri succumbit uiribus hostis.
 Mystica signa duces præmittunt laudibus artis.
 Pisces Petrus agens homines capit. æquoris hospes
 In sacris persistit aquis. habitacula Paulus
 Dum terrena leuat, docet, ut cœlestia condat.
 Facta que sæpe manu, nunc construit atria uerbis

¶ Paulus ephesi rebaptizatus à Ioâne
 baptizatos. Ex cap. XIX.



Posteriora sequens lustratis finibus arua
 Conueniens ephesum Paulus docet, atq; ibi quosdam
 Prospiciens astare uiròs an spiritus almus

Venerit his quæsitò ait, qui fonte Ioannis
 Se dudum maduisse ferunt, nam nominis huius
 Expertes hucusq; trahi, quos flumine sacro
 Abluit, & sanctus mox spiritus ora repleuit
 Verborum que dedit solitis uirtutibus imbrem.
 Sæpius arma mouent ista de parte prophani,
 Et bellare parant, quibus ut contraria possim
 Funderè tela loquens, tu nunc mihi largius ora

Spiritus almæ riga, sunt ut tibi dogmata digna
 Quæ dederis, tu uocis iter, tu semita lingue.
 Tu dicture ueni, qui per tua munera semper
 Quod reddamus agis, doniq; resuscipis usum:
 Nomine uenturi præcursor in orbe Ioannes
 Exhibuit baptisma suum, dominoq; parauit
 Ipse uiam, memorans cunctis baptisma futurum
 Post aliud quod iure datur, quod trina potestas
 Illustrare solet, sed quod magis eligit huius
 Tâgere Christus aquas, formâ facit omnibus ad se
 Currere fonte pio, sacram ne deserat undam
 Vltèrius mortale genus, quam corpore mundo
 Et dominus dignatus erat, cum diluit amnem
 Per famulum mer gente Deo, iam flumine tacto
 Discipulis hoc cessit opus, quos dogmate plures
 Baptizasse canunt, serui cessare lauacrum
 Fas fuerat ueniente Dei, præueniens ex quo
 Dixerat ista prius, quo tempore fecit Iesus
 Iam plenum baptisma geri, uelut ante Ioannes,
 Cur solitum propriûq; daret? quæ regula Pauli
 Compulit ut Christi deberent fonte renasci,
 Quem non uenturum, sed iam uenisse Ioannes
 Insinuans digito cœlestem prodidit agnum,



ARAT. APOSTO. HISTO:

Hunc peccata canens a cuncto tollere mundo.
 Quid geminū baptisma cupis simulare prophane?
 Dissona non iterant repetitio rem tenet ipsam
 Non aliam bisq; illa foret que primitus esse
 Cœpit, & ipsa redit nam cum discordet origo
 Principij. finisq; sequens. & singula dici
 Et patet esse semel. nulloq; errore grauantur,
 Quæ collata simul possunt diuisa probari.
 Cum tamen hæretica nigredine plenus auerit
 Polluitur quicumq; lacu, si lumen habere
 Ecclesie uult forte pie, non cogit ad undam
 Nostra fides hunc ire iterum, quia nomine trino
 Dogmata praua trahunt. nec q; sed qd dare possint
 Explorare solet, posite quem uera fateri
 Instituire manus, solusq; repellitur error
 In diuersa trahens, quod spiritus efficit unum.
 Hos etiam bis sex memorat scriptura fuisse.
 O sacer & foelix numeri modus. agmine suso
 Cum meruere cibi damnorum semine nasci,
 Iuris apostolici lata est tot gloria uasis.

¶ Paulus Ephesios ad Christum
 conuertit. Ex cap. XI X.

LIBER. II: 104



Am sermone potens Ephesi con-
 uerterat urbem.
 Paulus. & æthereis fulgebat glo-
 ria signis.
 Cumq; per innumeros mutaret
 saucia morbos

Corpora. nec miseros operata resciret & gros
 Artificum medicina manu, uelamina sacra
 Absentes petiere sibi. quibus affuit ardens
 Ut caderet uapor ille fides, finemq; calori
 Altera flamma daret. semicincha deniq; Pauli
 Atq; oblata palam sudaria susa per artus
 Langorum pressere focos. membrisq; repostæ
 Ad nihilum fluxere lues. uigor omnia curans
 Tactus erat. nullæq; domus a munere cessant,
 Quod medica de ueste ferunt. uirtute sub ipsa
 Spirituum quoq; turba minax, uelut irrita fumū
 Pars per inne su git. ne fabrica pulchra creantis,
 Quæ plasmata solo coelestis imaginis instar
 Traxit, & authoris speciem pro pignore gestat,
 Hospite sit polluta suo, templumq; decoris
 Inficiat prædonis odor. quo tempore septem
 Iudaica de stirpe uiri nouo prælia tentans

Sic prius affati, quem Paulus nomine Iesum
 Prædicat, hunc timebit pariter præponimus & nos.
 Peruasum dimitte locum, uox reddita contra,
 Qui sit Christus ait, qui Paulus, sentio. nam uos
 Ignotos uitare licet. cognosce furorem
 Gens inimica tuum. demon regnare fatetur,
 Quem uenisse negas. atq; hoc conuinceris ipso,
 Quo stimulante ruis. cui non datur ore placere,
 Quod terrore mouet. contraria dicere uoto
 Causa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris.
 Hæc est uera fides, quæ tunc spectacula plebi.
 Quam ut triumphalem domino uincente coronam
 Cõtigit inde gerit? rabido cum murmure frendes
 Demonis ira suis bene noxia rumpit amictus,
 Dissecat & facies, fu giuntq; pericula uicti,
 Nudaq; præcipiti conuertunt terga pauore.
 Quid Iudæa ferox iam non de clade timebis?
 Quæ socio sic hoste peris, cui criminis author
 Punitorq; idem est, ne sit te iudice pulsus,
 Qua simul est peccante reus. mox fama per urbem
 Sparsit ubiq; uolans, & demonis edere uocem,
 Quod uirtus est summa Dei. concurrere gaudent
 In latices intrare pios, maculas que uetustas

Fonte

Fonte lauare nouo, sanctis que nitescere lymphis.
 E quibus una datur simul insons omnibus ætas.
 Ast alij magicis pomunt incendia libris,
 Ut mereantur aquas, & uitant ignibus ignes.
 Ardua flamma nimis, cuius super æthera fulgor
 Euolat, & cœlum tales petiere fauillæ.
 Quinquaginta etiam pretium posuere libellis
 Milia nummorum, quoniam meruere nocentes
 Sic abolere nefas. huius hæc causa figuræ est.
 Lege sacer numerus delicta resoluit, ut olim
 Diluit in toto David sua crimina psalmo.
 Contractusq; fugat nam quinquagesimus annus,
 Cum iubileus adest. proprij distractio ruris
 Antiquo donatur hero. seruire coactus
 Libertas amissa petit. mala debita laxat
 Creditor. & limen patriæ uetus aspicit exul.
 Quinquaginta etiam cubitis distenditur arca,
 Quæ depressa uadis atq; æquore tuta salutem
 Sub numero pietatis agit, seruataq; crescit
 Per spacij parentis opem. quia Christus ubiq;
 Condidit ecclesiam uenia fabricante capacem,
 Quæ sic cœpta fratris latissima funditur aruis.



Demetrius Ephesios contra Paulum
concitatur. Ex cap. XIX.



Nsfoelix Ephesi Demetrius arte
iocabat
Sacrilegis de lubra locis argē
tea suctus
Soluere uota suae precio maio
re Dianae.

Cedere cuncta uidens prisca monumenta furoris
Ingemit, fē uanas his uocibus excitat iras.
Non pudet o socij nostram cecidisse Dianam,
Quam mundi suspexit honor? mortalibus ultra
Quae speranda salus, si non per secula possunt
Fine carere dij? quae nunc simulachra facellis?
Quae poterūt dare thura focus? quos aduena Paul?
Territat, fē quicquid gerimus pro nomine diuum,
Muta metalla uocat. quorum discedit ab orbe
Religio. pulsiq; fugam petiere penates.
Hei mihi iam uideo subitis lapsura ruinis
Condita phana diu. templi quoq; nobilis aedem
In cineres, stragemq; dari. quam prendimus arcem.
Quam ue tenemus opem. quibus interclusa facultas
Est operum, crimen que foret fecisse Dianam?

Per gite. tempus adest. labor ultimus omnia secum
Si desperet habet. sola est uia uincere uictis
Formidare nihil. restat fors certa triumphi
Pro superis mouisse manus. Insurgite telis,
Et quam uota Deam celebrent. hanc arma reposcāt.
His dictis plebs mota fremit. magnamq; Dianam
Communi clamore uocat. ac praepete cursu
Itur in obscenum cum seditione theatrum.
Non alio decuit causas meritumq; Diane
Lasciuo tractare foro. capit area turpis
Concilij deformis opus. tamen impetus amens
Eluxit. ut in uacuas oculus qui labitur auras,
Nullaq; dispersus retinet uestigia fumus.
O miseranda manus. cui tu praestare laboras,
Perpetuam cur esse putas? te teste facellis
Fruitur fugitiua suis. quo iure pauescis,
Qua pereunte doles? caeloq; adiungere tentas,
Quam terris remanere negas? Nunc ordo figure
Explorandus erit. latebris que uidendus aperitis.
Dicitur e solo Demetrius atria demens
Argento posuisse Deae. cum plura capaci
Protulerit natura sinu. quibus ista metallis
Fingeret. ut suscipiantur uultibus era.

Ingenij que manus promittunt munere cantes.
 Quod si sanctiloquos uoluamus ab ordine libros,
 Inuenimus iter, puris quia sensibus aurum
 Comparat, argentum nitidis scriptura loquelis.
 Nam psalmus licet ista canat, tamen inelyte Mose
 Alius hæc memoras, populo cum talia dicas.
 Aurum atq; argentum templorum ferte deceri.
 Quod iacet interius menti non dura metalli
 Materies sub corde latet, sed apertius illud
 Exagitat, quod Christus amat, mens obtulit aurū,
 Cui fuerit preciosa fides, pariterq; ministrat
 Argentum, cui uoce sonant bona tympana cordis.
 Ut dominum duo iuncta colunt, de pectore sensus,
 De sermone sonus, sic aurum dogmata legis
 Argentum que petunt hoc ad pia templa parari
 Nos quia templa sumus, si crimina cuncta recedāt,
 Præcia uerba monent, quod apostolus ipse reuelat.
 Corde salus credentis erit, confessio uoce.
 Sacri ergo res una fuit, Demetrius ædes
 Condidit argento, cuius sacundia mouit
 Hos animos, ut norma probet sine iudice sensu
 Numina uana coli, nec de uirtute uenire
 Pectoris istud opus, cui pars hæc sola dicatur,

Que rationis inops nudam ferit ore loquelam,
 ¶ Paulus troade Euthycum uite re-
 stituit. Ex capi. XX.



V quoq; signa ferens titulos in
 carmine nostro
 Troia repone tuos, & laudibus
 adde triumphos
 Qui magis ex uero fulgent tibi
 clarius actu,

Quam quos pomposo roboant tua bella cothurno.
 Lingua colona Dei cum semina foeta saluti
 Spargerer, in seram produxit tempora noctem
 Plus animis factura diem, micuere corusca
 Lampades, ut uerbi lucerent igne fideles.
 Solus ab excubijs niuacibus Euthycus exul
 Mersa sopore graui commisit membra fenestræ.
 O male parta quies, o semper dedita somno
 Pectora nuda bono, quantis patet ille ruinis,
 Quem nox sola tenet, nūquam que resuscitat egræ
 Ad meliora caput, nescit ui gilare periclo.
 Qui patitur dormire Deo quid inane fenestræ
 Queris adulte chaos, quid ue hac in parte quiescis,
 Qua ruiturus eris? res est inimica saluti

Pendula celsa sequi, futuræq; somnia prono
 Carpere uelle toro, poteris meliorem cubili
 In uerbo recubare Dei, Pauloque, monente
 Eius uelle aditum, cui lumine peruia recto
 Iamua nomen inest, per quam de fonte lenatæ
 Ad uitam gradiuntur oues, hanc quaerite cuncti.
 Si rabidas fauces cura est, morsusq; cruentos
 Euitare lupi, cuius lacerabitur ore
 A pastore fugax, qui sparsos uocibus agnos
 Euocat, atq; gregem propria de morte redemptum
 Non sinit insidijs, et amari uulnere dentis
 Rursus ab hoste capi, moesto sonuere tumultu
 Atria, concurrat gemitu miserata frequenti
 Turba uidere locum, qui funere tristis acerbo
 Leticiam facturum erit, cui Paulus adberens
 Pectore uiuunt ait, quam uocem uita secuta est.
 Morsq; repulsa fugit, quantum tua Christe potestas
 In famulos operata dedit, in reditus astris
 Aequalis que patri de maiestate perenni
 Iura superna regis, sed quod caro corpore matris
 Virginis ora tibi regnum spoliavit auerni,
 Vina que de proprio reuocasti membra sepulchro,
 Teq; probans uoluisse mori, qua parte resurgis,

Ex qua natus eras, qui ferrea uincula soluis,
 Lux alijs alterna redit te auctore, simulq;
 Exemplo donata tuo, qui subdita dudum
 Cogis, et electis succumbere tartara seruis.
 Interea foelix surgit de morte cadauer
 Et meliorem uia tria per coenacula sospes
 Ducitur ad Paulum, cuius conspectibus insons
 Coepit adesse puer, uitæ iam dignus honore
 Cum leti conuertit iter, quæ gloria facti
 Instruit ad ueterem causas aperire figuram.
 Fulta tribus cameris Noe describitur arca
 Ecclesie documenta gerens, stetit ordine primo
 Pars hominum, pecudeq; gradu tenuere secundum.
 Tertia sors addicta feris, quæ cuncta per undas
 Arca quadrata tulit, uelut in baptismate fontis
 Omnibus est nunc una salus, sed moribus unius
 Non ualet esse locus, nam nidos fertur in illa
 Aedificasse Noe, quem iustum dicit hebreus.
 Et requiem, quod Christus inest, qui diuidit æquus
 Præmia certa suis, quisquis uirtutis amator
 Iungitur alta petens, Noe stat proximus, infra
 Ingenio breuiore, minor sors dedita seuis
 Tartareum tenet ima sinum, sic eutyclus ergo

Prima parte cadens inferni perditus oris
 Hæsit. ff humana uacuis ratione ferarum
 Cœpit habere locum. cui postquã pectore Paulus
 Incubuit. uerbumq; suum sapientia fudit.
 Ore leuans animam carnali lege peremptam
 Ad dominũ de morte redit. quod epistola clamat.
 Qui dormis iam surge. citus. rursumq; perurget.
 Tuq; ui gil de morte leua. super ardua trina
 Promeruit iam stare puer. quia dogmate trino
 Comperit æternæ. quæ sit substantia uitæ.

¶ Paulus a Troade Hierosolymas pro
 ficiscitur. Ex capi. XIX.



Amq; peragratis Paulus stationibus
 orbis
 Ad Solymam uenturus erat. quo
 spiritus illum
 Per gere sepe monet. cupiens in li-
 tore noto

Perpetuum memorare uale. simul undiq; sacros
 Euocat. has reddens claro de pectore uoces.
 O dilecta manus. quæ Christi militat armis.
 O summo plebs nata Deo. meministis amoris

Et studij documenta mei. gentilia promptus
 Agmina iudaicosq; tuli sine fine furoros.
 Ut uitæ præcepta darem. nullumq; lateret
 In populo narrata fides. a sanguine uestro
 Mundus semper ero. nec debitor oris auari
 Clausa talenta luam. sterilemq; in semine uerbi
 Ieiunus culpabit ager. uos conuenit inde
 Usuram præstare piam. cum uenerit auctor
 Qui meriti discussor erit. seruos que reposcet
 Mensuræ crementa suæ. mihi germina ferre
 Sensibus ardor erat. quæ passim credita sulcis
 Sparsimus. at fructus tenues mala terra dolebit.
 Vado uidere cruce uenerandam gentibus urbem.
 Quo me iussa uocant. uarij luctamen agonis
 Hic dabitur certare mihi. nam cuncta subibit.
 Qui cursum complere uolet. mitissima sors est
 Pœnarum. quas uota gerunt. regni que facultas
 Perpetuo pro rege pati. seruare ministri
 Ecclesiam Christi pretium quam sanguine nobis
 Fecit in orbe suo. famuli retinere laborent.
 Quod dominus de morte dedit. non cernitis ultra
 Iam faciem uultus que meos. uigilantius oro
 Commissos lustrare greges. quia dente rapaci

Conueniunt ad ouile lupi. custodia peccat,
 Cum spolijs si raptor eat. pastoris inertis
 Fraude perit, quod prædo capit, sed \& acrior hostis
 Intus erit. grauiusq; malum discordia portat,
 Quæ uulnus sub pace creat. nec cedite duris.
 Virtuti damnosa quies. nullum que coronat
 In stadio securus honor. sua gloria forti
 Causa laboris erit. rarusq; ad præmia miles,
 Cui pax sola fuit. uictoria semen ab hoste
 Accipit. hinc oritur. dominus plantaria uestra
 Fecundare ualet, qui per sua dona. uenire
 Ad sua dona facit. quod que adiuuat, ipse ministrat.
 Non ego diuitias fluxu fallente superbas
 Alterna mercede tuli. nec munera sumpsi.
 Vos potius quam uestra petens. me scitis ut iste
 Cum socijs pauere manus. assuescite gazas
 In lucis proferre uias. operumq; locare
 Thesauros in sede poli. nil proderit aurum
 De fossis quæsisse locis si claudat auarus
 Quod cælabat humus. quod non in paupere surgit,
 In tellure iacet. cæco que reuoluitur antro
 Obscura peccante manu. laxate supernis
 Corda precor monitis. neq; respuat ullus egeno

Tecta parare gregi. in quo suscipit hospite christi.
 Sic postquã fatus dedit oscula tum simul orans
 Flexit in arua genu. stricti que doloribus omnes
 Ad lachrymas fluxere pijs. longe que per undas
 Obtutu comitante sequi meruere carinam.
 Dum que per oppositas extendunt lumina nubes,
 Additur in pelagus oculis uia. rapta que flabris
 Puppis adhuc nota est. \& mulcet imagine mentes.
 Affectuq; animi crescit mensura uidendi.
 Sed quod ait tribus hæc annis præcepta salutis
 Nocte die dedit, patet hac ratione figura.
 Qui canit ecclesie tria dogmata, sæpius edit
 Historicum morale sonans typicumq; uolumen.
 Sic \& enim ternas capiunt sex uasa metretas,
 Quæ ueteri de lege nouo rubuere liquore.
 Forma sacrificij perfecti prisca canistro
 Tres panes offerre iubet. quibus additur illud,
 Discipulis quod Christus ait. iam nocte roganti
 Tres panes debere dari. nox ista profecto est
 Mundus. ut hic si quis uerbi desiderat escas,
 Exhibeas quæsite dapes. doceasq; uolentem.
 Quod pater \& natus q; sanctus spiritus unus
 Sint Deus. \& numerum triplicat substãtia simplex.

Universidad de D...

ARAT. APOSTO. HISTO.

Nec semel hæc pia iussa canunt. angariat, inquit
Te quicumq; petens, ut pergas præuius unum,
Cætera uade simul duo milia. nonne uidentur
Hoc mandata loqui? si quis te consulit errans
Ignarus que uicæ quid sit Deus, edere magis
Prode patrem. subiunge libens q; filius. & quod
Spiritus est almus. numero tres. & tamen unus.
Hinc iudæa uacans sterilis quæ dicitur arbor,
Expectata tribus fructum non attulit annis.
Quod triplici spernens tractare uolumina sensu
In fidei numeris nescit dare munera Christo.

¶ Paulus Hierosolymis concionatur
coram iudæis. Ex capi.



Nobile iam templum Salomonis
Paulus adire
Ceperat, & ueteris solemnibus
reddere legis.
Corripit hunc Iudæa manus, ra-
bidoq; tumultu

Conclamant necis esse reum. sed in arma tribunus
Euolat. & uinctum geminis iubet ire catenis.
Que tamen astrictis incumbunt dura lacertis

LIBER. II.

Non animum tormenta ligant, quod epistola Pauli
Lumine plena canit, uinciri posse ministros,
Vinciri non posse fidem, uerbumq; teneri
Supplicijs non esse datum. gradibusq; sub ipsis
Constitit hebræo plebi sermone locutus.
O fratres patresq; uiri me nostis in oris
His uenisse rudem. doctrinæ deditus omnem
Legis amore sui. uobis modo testibus utor,
Quorum scripta ferens ardebam cede damasci
Christicolæ punire greges. & finibus orbis
Hanc prohibere fidem. sed non mortalia possunt
Auctori certare suo. descendit ab astris
Aucta dies latuit. caligantesq; tenebræ
Lux oculos clausura meos, & ab igne corusco
Orbibus incumbunt. quarum mihi tempore creuit
Adueniens cum nocte iubar. discernere causas
Euentus post facta solet. bene uidimus umbras
Usuri iam sole nono. sed & auribus hæsit
Clamor ab ore Dei. repetito nomine saule.
Me Christus terrore quatit, ne signifer ultra
Auderem bellare sibi. quo iure negabo.
Quo feriente cado? cuius de munere pronus
Attollor meliore uia, per que ardua surgo,

Sublimis que sequor foelicia dona ruine.
 Iam satis o cines crudelia nouimus arma.
 Nil dubium pars illa docet, quæ teste beata
 Fungitur hoste suo. quid adhuc libet esse nocentes?
 De tenebris lucete meis. cui fontis ab undis
 Est uisum largita fides, & mortis imago
 Viuere coepit aquis. heu nunquam saxea tellus
 Seminiibus foecunda suis, uacui que labores
 Qui sterilem patiuntur humum. post deniq; Iesus
 Hæc mihi uisus ait. procul hac procul urbe relicta
 Per gere Paule para. non est tibi credula nostri
 Nominis. ad gentes potius cane uerba salutis.
 Protinus hanc uocem querula rapuere phalanges.
 Projiciunt uestes, ac puluere longius acto
 Ventosa lenitate fremunt, uario que furore
 Persouat in Pauli rapidum discrimina uulgus:
 O iudæa nocens authorem perdere uite
 Cum cuperes, sic dicta dabas. fuit optio linqui
 O uem uelles clamosa tibi. sed ab ore cruento
 Triste. petis male suada nefas. & gaudia pasche.
 Electo latrone colis. geminasq; furorem
 Seua pio placata reo. certamine cuncto
 Te spolijs. uacuam que locas. cum durior ipsis

In Stephanum tormenta iacis. deponis amictus.
 Et nunc ueste cares. primi quia poena parentis
 Est cognata tibi. ueteris que in corpore portas
 Transgressoris onus, contraria fontis honori
 Ne renoueris aquis. Adam sub criminis ortu
 Cognouit q; nudus erat. documentaq; noxæ
 Hinc misero patuere suæ. te mortis origo
 Crebra subit. cui plena malis interferit ira
 Bis habitum quem culpa creat. iam bella tribunus
 Vocibus his ardere uidens fera uincula Paulo
 Addidit. & castris torquendum misit iniquis
 Nota querela locis ut sit superanda canemus
 Paulus gesta loquens socios ibi lumina dudum
 Conspexisse suos, uocem tamen auribus illam
 Non hauisse refert. at tunc quo tempore cæcus
 Decidit. & uocem comites audisse leguntur.
 Sic uariat narrantis opus. sed utrumq; necesse est
 Concinat. haud dubium. nam tunc audisse feruntur
 Accepisse sonum. nunc non audisse profecto.
 Hæc rationis crit simplex uia. iure negatur
 Vox. quoniam confusa loqui. neq; creditur illud
 A sermone dari. quod non in pectore condit
 Accipiens. dubia tantum stimulat ab aure

Ambiguus fragor solas deuerberat auras.
Sic audisse simul, sic non audisse leguntur.
Alter a pars sonitus, certa est pars altera uocis:
Et feri atq; refert geminam res illa figuram.

¶ Paulus coram foelice pro se orat. Ex cap:



Gmina supplicij feruentia cor-
pora Pauli
Poenarūq; graues euoluere uer-
sibus iras
Causa monet. sed lingua pauet.
fugiamus ab ista

Parte dolor, ueritq; nefas tam triste premamus
Eloquium, ne forte legens sua fletibus ora
Compleat, & largis humescat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos satiare cruentos
Ardet amor scelerum, cupiuntq; in sanguine Pauli
Sacriligas uersare manus, quæ dura malorum
Vota quaterdeni uesane stirpis alumni
Imposuere sibi, non ullum sumere potum
Primitus atq; cibum, quam parta cede daretur
Hinc magis esse dapes, o pallida mortis imago.
Pocula sunt Iudæa tibi meliora cruoris

Quam

Quam laticis, nullaq; uolens contingere mensas
Esuris ad facinus, saturamq; cadauere iusti
Queris habere famem, non hæc ieiunia Moses
Condidit exemplo, tot consumata diebus
Ut memoras, quot tela moues, totq; inspicis annis
Secretas patuisse uias, ubi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi, rupesq; uicissim
Arida fudit aquas, in quo meruere parentes
Diuina bonitate frui, donisq; supernis
Emutrire animas, numero crudelis ab ipso
Tu scuire uenis, pollutatq; foedera iungis
Agminis, ut plures faciat mors una nocentes.
Comperit hæc Lysias, Pauli uulgante propinquo,
Quo ue parent aduersa loco, monet ocyus ergo
Clam sua iussa tegeri, noctisq; manipulis
Obscurum præuenit opus, lectisq; manipulis
Imperat, ut tuto Paulum comitentur honore.
Gloria de meritis a te delator honeste
Non aliena foret, quodq; est ad præmia rarum
Proditione places, nec te constantia lædit,
Quam sceleri seruare times, in crimine uirtus
Crimen erit, cumq; ad facinus sociantur iniqui

R

Est ibi culpa fides. quam tunc in laudibus ornat
 Verus honor, cum culpa pia est. stipantibus armis
 Caesarem mox Paulus adit. quo turba cucurrit
 Rhetore sulta suo. qui praesidis aure potitus
 Irrita uerba dedit. contra sic deniq; Paulus
 Optime praeses ait, dudum te nouimus omnes
 Iustitiae documenta sequi. comitemq; modestam
 Consilij hanc esse tuis. quae gratia suadet
 Fidere. nec dubium tali sub indice fari.
 Non legis templi quae pium uiolauimus usum.
 Nec sermone uago populares mouimus aures.
 Urbibus ex Asiae uenientes soluere dona
 Coepimus ad purum semper spectantia uotum.
 Quis rogo liber erit, si res facit ista nocentem?
 Eloquar haud metuens (neq; enim discrimina nouit
 Formidare fides) audent quam dicere sectam.
 Luminis esse uiam, nec discerere nouellis
 Iura uetusta patrum, fas est modo credere cunctos
 Corpora de tumulis iam posse resurgere, postquam
 Detulit inde suum. qui condidit omnia Christus.
 Obstupuit foelix amisso nomine, uimcla
 Quem faciunt aliena rerum. quorum obijce Paulus

Stringitur. Et festi seruatur praesidis anno.
 Linqumus hic nimium, ne gaudia nostra morietur.
 Ad latium iam Paule ueni. certamine crebro
 Quae fuerint agitata foro. quantiq; legantur
 Iudaici fluxisse doli. nam talia Paulus
 Caesaris ad solium uos pronoco. Caesaris inquit
 Appello Romanus opem. cui festus abibis,
 Ut cupis Augusti citius uisitare tribunal.
 Nam stimulantem metu, fugiens discrimina Paulus
 Iudicij uitauit onus. mens anxia semper
 Pro uita meliorem mori. sed muneris author
 Praeconi testi quae suo iam dixerat olim,
 Quod Romam uenturus erat. clementia Iesus
 Omnibus in terris fidei sitientibus haustum
 Pocula dat de uase suo. cunctos quae rigari
 Multifluo sermone iubet. mernit quae uenustas
 Nominis occidui de lumine crescere uerbi.

¶ Paulus in Italiam nauigans Me-
 lite Insulae appellitur.
 Ex capitu.



O luerat eo ò classem de litore
uector

Austri nactus opem, cuius spiram
mine lata

Crebrescente uia, ueli que pateno
tibus alis

Aequora findebat puppis. sed mite quid unquam
Ventorum tenuere doli? mox flatibus curi
Rupta quies pelagi, tumidusq; incanduit undis
Cerulei pax ficta maris. furit undiq; pontus.
Attollens que suas irato gur gite moles
Denegat arreptae uestigia certa carinae.
Quae suspensa polis. deicetaq; iungitur aruis
Terrarum caeliq; sequax. caret artis amicae
Praesidij manus apta rati, gelidoq; pauore
Deponunt animos, in groq; sub aere caeci
Naufragium iam iamq; uident, clausoq; profundo
Mortis imago patet. uastas percurrere syrtes
Historica ratione uocor, laceros que rudentes,
Et clauis fragmenta sequi, sed non ego linguam
Tam fragilem comitto uadis, rabidaq; procellas
Ausugiam tentare Diu, ne forte canenti

Obruat exigua uiolentior unda loquelam.
Tangere pauca libet. intas conabor arenas.
Praena fluctu uage latuerunt sydera puppi.
Nec solis radijs sub nubibus emicat axis.
Cumq; dies multos iam rite peregerit orbis,
In pelago nox una fuit. quo tempore nullis
Indulsere cibis. quanta est heu poena timoris
Supplicium nescire famis? dat semina causis
Res mala saepe bonis. tam clari nautica pubes.
Militiaeq; cohors hominis tempisset honorem
Prosperiore freto. cuius custodia tandem
Soluatur. Et saeno uenerantur ab aequore uecti,
Quem portum sensere suum. gerit illa ruina,
Ne lateat, quod Paulus erat. sanctusq; patefeat
Assertore mari. raptisq; elementa laborant
Luminibus monstrare uirum, medijsq; tenebris
Apparet radiata fides. fit laurea iustis
Ex pretio. quod terror agit. mansuraq; uirtus
Crescit in aduersis. quae testibus usa periculis
Ad meritum discrimen habet. stans deniq; Paulus
Conclamata pijs animat sic pectora uerbis.
O utinam nostris noluisses fida inuentus



Confilij parere prius, ne litora cretae
 Linqueres insani rabiem passura profundi,
 Non pelagi coeliq; minas non triste tulisses
 Lacturae populantis onus, nec turbine tanto
 Desperata salus gemeret confinia mortis.
 Que tamen humanu transcendent gaudia uotu,
 Haec facile est praestare Deo. cui muneris usus
 Hic potior, quem nemo putat. nam missus ab astris
 Angelus haec placido ueniens denunciat ore.
 Quam turbam uehit ista ratis, tibi rector olympi
 Contulit. ut nullis figatur naufraga saxis.
 Credite uera forent. nec spe frustrabor inani,
 Qui merui promissa Dei. concessaq; nobis
 Insula portus erit. cuius statione licebit,
 Arrepta tellure frui. nauisq; soluta
 Prospectare grauem nullo discrimine casum.
 His dactilis ruit ira maris sublataq; dudum
 Lux reuocata micat uelamine noctis aperto
 Pandere uisa solum. quod praebuit hospita nautis
 Sicanio lateri remis uicina Melite.
 Ante tamen rabidos quam uincant equoris aestus,
 Soluite (proclamat Paulus) ieiunia fessi.

Ex quartodecimo. sicut nos uescimur inquit
 Iam panem gustate die. memoranda figure
 Sacramenta pie ualeant. qua lege probemus.
 Tempore quo primi fulserunt lumina mensis.
 Hoc numero currente die, de carnibus agni
 Turba iubetur ali. quarum munimine tacto.
 Libera niliacas meruit uitare tenebras.
 Hinc spatio simili Paulus de gur gite mundi
 Quos auferre cupit, secum conuiuere suadet.
 Et sacrum libare cibum. uestigia Mosis
 Obseruata legens, quorum speculantis actum
 Haec duo sunt diuersa locis, sed proxima causis,
 Et repetita salus uno de fonte leuatur.
 Agnus Christus inest. panis quoq; Christus habetur
 De caelo. quod et ipse docet. qui corpore Iesum
 Sumpserit hoste caret. nec iam sua iura Pharao.
 Aegyptusq; tenet. mox omnia demonis arma
 His merguntur aquis, quibus ille renascitur insans,
 Qui captiuus erat. salse quoq; fluctus abyssi
 Linquitur. et tetri superantur stagna draconis.
 Ereptoq; gregi largitur pascoa Christus.
 Nominibus proprijs. pastor iam uerus edendi.

Hinc etiam ecclesie gerit aurea luna figuram
 Que quartodecimo de primæ lampadis ortu
 Conspicitur iam plena die, que à corpore Iesu
 Creuit in orbe suo, lucem factura perennem.

¶ Paulus in melite à serpente mor-
 detur. Ex capi. XXVIII.



Elleret ut Paulus crescentia fri-
 gor a nimbis,
 Contulerat sarmenta focus, cui
 uipera fixit
 Demonis arma ferens surgen-
 tibus obuia flammis

Antiqua feritate manum, gelidique ueneni
 Vulnus in igne dedit, qd adhuc male noxia serpens
 A domino reuocate cupis, ueteresq; rapinas
 In legis nouitate paras? quid mortis amatrix
 Cuius es ipsa parens, instauras bella redemptis?
 Præda uenis, sed præda iaces, letumq; ministrans
 Arboris alterne consumeris improba ramis.
 Postq; crucem Christi mors est tibi portio ligni.

Haud procul hinc aberant agrestia corda gerentes
 Barbarica de gente sati, qui munere doro
 Insonuere simul, satis est ex crimine fusi
 Sanguinis iste reus nullis iam tutus in oris,
 Cui pelagus tellusq; furunt, mortalia tractant,
 Et diuina probant, digito nam bestia pendens
 Executitur proiecta rogis, bene reddita flamme
 Quam dedit ipsa prius: que æ culpæ protulit ignem,
 Vnde gehenna calet, glacies tepesacta ueneni.
 Soluitur in cineres, gelidæq; superbia pestis
 Ex ardore perit, focus hinc rapidi que uapores
 Non solitas uires capiunt, atq; arida secum
 Nutrimenta ferunt, sed tu modo decoquis anguem
 Vsa tuo feruore fides, tibi subditur hostis
 Frigidus, inq; uicem faciens incendia flagra
 Vipereo fumante gelu, ueniente tumore
 Labi posse ferunt, quantum per inania currit
 Mens ignara boni, iam tunc de corpore Pauli
 Virus abest, oculis cum squameus exist horror,
 Quem serpens antiqua dabat, purgatus in amne
 Aethereo Christi que cruci sua membra religans,
 Nescit ab angue mori, uorat hæc, que flama ueneni

A sacris uim sumpsit aquis. quibus ustus anhelat,
 Qui dolet ad patriam ueteres remeare colonos.
 Incolumen sic stare diu mirata iuuentus
 Hunc ait esse Deum. tandem rudis incola disce,
 Qua regnat uirtute polis, qui talia confert,
 Ut famulos hoc esse putes. nunc causa figuræ
 Plenius in clari cernenda est munere facti
 Anguis origo necis (nam mors hinc edita nomen
 De mor su peccantis habet) contraria iustis
 Vult retinere manū, quoniā manus apta ministras
 Iure uocatur opus. talem qui senserit hostem,
 Impiger excutiat, dominiq; uaporibus urat.
 Paulus ut admoti cognouit furta pericli
 Serpere uelle sibi, coelestia tela capessens
 Pressit in igne dolos, cuius de fomite crescens
 Est accensa fides, & sensibus additus ardor
 Hincq; calor populis processit ab ubere fontis.

¶ Paulus in Melite publici parens

tem curat. Ex capitu.

XXVIII.



Ensisibus hybernis tribus in regio
 ne Melite
 Multiplicem dat Paulus opem,
 publicq; parentem
 Finitima de clade leuat. quo mi
 nere uiso,

Undiq; præcipientes subitam rapuere salutem.
 Pullulat interea nitidi coma frondea ueris,
 Quo iuuenescit humus, senio fugiente pruina.
 Suscipiensq; ratem uelis cedentibus auster
 Præbuit aligeras placidis in fluctibus undas.
 Hunc spirare docet, quem personat ore propheta,
 Qui speciem fidei torrentem cantat in austro.
 Sic quoq; prostratis ad gaudia nostra procellis
 Plurima quæq; legens distinctis oppida uicis
 Venit ad exælsæ sublimia culmina Romæ,
 Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
 Conuenisse simul, tantisq; è partibus unum
 Delegisse locum, per quem sua sydera iungant,
 Omnia qui fidei uirtutibus arua serenant.
 Quæ licet innumeris tendatur causa figuris,
 Pauca referre uolens iisdem præstantibus edam.

ARAT. APOSTO. HISTO.

Petrus in ecclesie surrexit corpore Princeps.

Hæc turrata caput mundi circumtulit oris.

Conueniunt maiora sibi, speculantur ut omnes.

Terrarum domino fundata cacumina sedes.

Gentibus electus Paulus sine fine magister

Aequus huic præsens oris diffudit habenas.

Quæ gentes præelata monet. quodq; intonat islic;

Vrbis cogit honor, subiectus ut audiat orbis.

Dignaq; materies Petri Pauliq; coronæ

Cæsareas superare minas. Et in arce tyranni

Pandere iura poli. summumq; in agone tribunal

Vincere, ne titulos paruus contingeret hostis.

Aegyptus mundi formam gerit. inde uocari

Quæ meruit ducibus plebs est commissa duobus,

In quibus officium fraternus nexuit ortus.

Idola tot Romæ mundo collecta subacta

Quæ fuerant, tenebris obnoxia corda premebant.

Liber Et ut populus, quem uinxerat ante Pharao,

Exiit Aegypti totidem ductoribus umbras

Perq; lauacra Dei, quæ tunc maris egit imago,

Vitæ nactus iter coelestem reperit escam.

His etiam germanus amor, quibus amplius actus

Nunc igitur tractanda: oculis tunc pectore toto
Carmina sunt lector nullis uatum illita monstris.

Aspice collatis in gentia prælia signis

Quæ gerit ecclesie procerum manus inclita diuum:

Vt Iouis ætheream uirtutibus asserat aulam:

Munere militiæ fungens, Et corde uoluta,

Quo Deus in terris sacra milite regna tueri

Dignetur, qualiuæ sui splendore triumphent,

Telluris tractus geminum qua circuit æquor.

Hic ager, hæc fidei sunt uera noualia nostræ,

His sacra foecundis pubescunt dogmata campis

Hac tellure bonus uires exercet Arator.

Quare age, præstantem lector celet indue curam,

Altaq; diuinis refer in præcordia messes.

O quantum æternæ uitæ candoris ab illis

Percipies, hic lector opus, tibi sistere gressus,

Hic stabiles firmare pedes, mentemq; animumq;

Dirigere, Et sancta distendere pectora fruge.

¶ Finis.



Faint handwritten text at the top of the page, possibly including a name or title.

Extensive handwritten text in a cursive script, likely a letter or a manuscript page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side.

Vertical handwritten text on the right edge of the page, possibly a marginal note or a page number.

